Ex eisdem autem hujus L. verbis videtur latenter probari vulgatissimum illud dicterium, ut sententia debeat esse conformis libello in quo vulgo citatur L. ut fundus. 28. coi. dividun. late per Jas. et Detius. in L. unum. si cert. peta. latissime per feli. in C. licet de Symonia eleganter Joa. de Monte Brigiano de finibus Regun. C. 101. n. 7. optime Corsus lib. 2. indaga. C. 27. Sed mea sententia si id accipiatur ut verba sonant, falsum est, et implacabiles habet dificultates, cum judex possit pluris, minorisve condemnare ex. L. ut oportere 37. de verb. Sig. item et suplere si minus dictum fuerit in L. 1. C. ut quae desunt adduo, et quamvis res petatur absolute in stimationem

Sententiam concipere oportet, si non sit facilis Rei prestatio in L. fi. C. de cond. incert. d. L. vinum. et alia jura considerat costan. questio. iur. c. 9. communem allegationem reijciens, et secure contrarium docebat Vala. de Reb. dub. tit. 1. n. 22. Nec te moveat L. ult. C. de fideicom. heredi. siquidem bene libertatis favor, et commoditas Rei restituendæ stultum fecerunt juditium, uti consideratt Costan. ubi s. Minus autem te turbet C. qualiter et quando 24. §. penu. de accusa. et d. c. licet Hæli. col. 3. versiculo hoc adhibito moderamine quæ jura pro communi Sententia notare solemus, siquidem debes cum juditio advertere t. constitui observare debere judicem antequam Crimina cognoverit per denuntiationem, inquisitionem, per accusationem, ut juxta judicis formam Sententia proferatur. - - - - - - - - -

L. fi. C. de fideicom. libertatib.

C. licet Hæli. de Symonia.

In qua disputatione tu resolve vulgatam traditionem ita crasé intellectam non esse admitendam, neque necessario Sententiam debere esse conformem libello sed potius intellige judicem non posse disponere de Re in juditio non tractata, nec libello comprehensa ut Cautius, et Rectius docet Bal. in L. fi. n. 6. C. de fidei com. liber. nec aliud probat d. L. ut fundus. Communi

Judex non potest definire Rem in juditium non deductam.

dividun. quam ita accepit Sebast. Basius. de millita. senten. rub. de defectu processus n. 57. Pinill. in L. 2 C. de rescin. vendi. 3 p. c. 3. n. 12. nec discrepat Costan. d. c. 9. quæstio. iur. n. 20. et sane ea ratione arbitror in illis L. specie disponere non potuit fundo non hæreditario hæreditarium servire, quia et iam agebat de ratione non communi, quam in illum juditium non venire constat ex L. 1. versiculo denique communi dividun. ac itta excesit fines potestatis, et mandati contra L. diligenter, mandati ut sic obiter observes, verum non esse quod Bar. placuit L. cum aquiliana. de transactio. docenti arbitrum posse disponere, et ultra petita, quod ex suis dictis non est tutum quamvis Bar. cum multis consentiat Monoch. lib. 1. de arbi. q. 21. n. 7. Pro nostra et opinione debes expendere L. 10. tº. 17. lib. 4. comp. versiculo. conteniendose todavia ubi constituitur, ut quamvis procedendum sit in negotiorum explicatione, sola veritate atenta, expretis et rejectis solemnitatibus à jure expectatis. illud tamen sit accipiendum de veritate scripta circa rem petitam ut observat Avedaño responso. C. 1. n. 53. et tu potes intelligere. C. diluti. de judi. quamvis ad interpretationem statutorum similium, quæ in Italia vigent, contrarium doceat Maranta de ordi. judi. 4. p. dº. 9. sm. quam Bal. observationem

L. ut fundus. D. de coi dividun.

Declarat. L. 10. tº. 17. lib. 4. Compillatio et quomodo sit procedendum sola veritate atenta

Clam. sæpe §. verum de verbor. signif.

debes intelligere tex. in clem. sæpe §. verum de verb. sig.
quæ alias communem alligationem probare nostram
aut traditionem labefactare apertissime videtur, nisi
velis contendere eam decisionem processisse ex falso, et
crasso illius vulgatissimæ reg.ᵉ intellectu sicuti in Sili ad
interpretationem C. Ramuntius de testam. qua in
parte de duarum partium deductione agit accedac-
ter Cuiac. lib. 8. observ. c. 3. a quo non multum dis-
crepat Contius lib. 1. dispu. c. 3. - - - - - - -

Nomen actionis an sit exprimendum

Ex eodem hujus l. principio illud controver-
ti solet, sit ne nomen actionis exprimendum
in libello esse satis licet videtur probare, ut spe-
cies futuræ litis demonstretur, pro qua sententia
licet plura adducantur, tamen quæ non mult-
um stringant; urget vero l. 3. bene competenti-
bus actionibus, et l. 4. bene actionem exprimere
C. de interdict. l. 1. versiculo sin autem. si men-
sor falsum modum dixe quorum argumento ita
docuit Acc. in l. 1. ex verbo ut prom. de. versus
fi. hoc titulo et nonulli alij quorum sententiam
probabilem dicit Alu. hic n. 5. suntque in-
ter ius Canonicum, et civile discrimen cons-

tituant ex C. dilecti. 6. de judi. ubi ita docet gl. 2. a DD. admissa et omnes errant. Quare tu secure dic nullibi juris, sive sit Canonici sive Civilis tractari sit ne exprimendum, vel nomen actionis, neque hæc lex quicque probat satis non species litis dicetur demonstrata, si narratio aptta, et congrua fiat in libello, unde poterit Reus bene instrui: neque aliter accipi debet L. 1. bene actionem edere, et bene actione cognitta hoc titulo cum certum dicatur, non tamen si actionis nomen exprimatur, sed etiam si congrua narratione, quid petatur ex L. certum 6. si cert. peta. alia autem jura adducuntur a DD. ut est L. omnes 36. §. fi. bene proposita actione C. de episco. et Cleri. cum inde non aliud probetur, quam deductum fuisse ius in judicium contra Clericos, vel Monachos. sic intelliges. L. si ea. C. de dotis. promi. bene competentibus actionibus idest deducto jure, quod eo casu competit. sic etiam posses intelligere L. 3. bene Competentibus actionibus C. de interdict.

L. 1. §. hoc titulo

L. 3. C. de interdictis.

Sed quia illa lex nec facilem, nec vulgo cogni-
tam intter prętationem habet, debes scire olim
intter dictta formulas quasdam, et verborum
conceptiones fuisse, ut innuit Justi. in principio
inst. de intterdict. et a Prętore dabantur, et in
ejus albo erantt propositę uti colliges ex L. 1. C. de
intterdict. et observant Duare. lib. 1. de disputa.
C. 17. Rober. lib. 3. Sentten. C. 17. Sigonij. lib. 1. de
anti. jur. rom. C. 5. quo tempore intterdictis
solemniter, et ordinarie concertabatur. Sed postea
cępit extra ordinem jus dici Recitis illis formulis
ut lattentter subsignat Justi. ita intelligendus in
§. fi. inst. de intterdict. et in principio inst. de
succe. subla. unde nec formularum conceptio-
nes observantur cum in exordinarijs Judiciis
non daretur ex L. actio. 47. de nego. gest. et ita
agi cępit ad exemplum formularum, sive inter
dictorum ex L. 2. et 4. C. unde vi. sicque datur
actio utilis, sive exordinaria acturo aliquo in
terdicto: ex principio Inst. de intterdict. et

ex tt. ff. de interdict. sive ex ordinaria actio arguté explicat Cuia. lib. 5. observa. C. 17. ex quibus verissime intelliges Justi. id probantem in §. fi. Inst. de interdict. et d. L. quasi in versiculo interdicta explicetur, quæ dicantur competentes actiones, neque absimilis est sensus d. L. 4. ut, sed rejectis, et antiquitatis sponsionibus, et violentis deductionibus et alijs solemnibus debeat observare, qui acturus erat interdicto antequam judicium exordiretur, uti meminit Cicero in oratione pro Murena, et pro Cecina statim ab actione pro interdicto competenti proponenda judicium incipiatur; quam interpretationem si adverttas sub odoratus videtur bene Acc. explicatis tamen Cuia. d. C. 17. . . .

§. fi. inst. de interdictis.

Ex quibus consequitur non probare dictis legibus actionis nomen esse exprimendum, neque umquam jure civili fuisse observatum nervose contendit Vaconius Romanus. lib. 6. declara. C. 88. qui tamen non exacte explicat d. L. 1. versiculo sin autem, si mensor falsum mod. et si consideres tantum probat illa L. inepte eo casu agere qui putat adversus agri

L. 1. §. sin autem D. si mensor fals. mod. dixeris

mensorem locati et conducti actionem competere, ita ut teneatur adea, quę veniunt ex natura illorum contractuum, cum tamen tantum detur in factum actio ex principio illius l. et l. 1. et 2. C. de formu. subla. perperam adducuntur, cum illis verborum, et Sylabarum accupationes tolantur, et usitatę illę actionum formulę in quibus satis constat, actionis nomen non fuisse expressum, ut colliges ex relatto Cicero. et magis ex Polet. lib. 5. fori. Roma. C. 4. - - - - - - - -

l. 1. et 2. C. de form. sub.

C. dilecti. de Juditijs.

Nec jure Canonico aliud inductum est in d. C. dilecti. de judi. quam non esse curandum de actione, si factum simpliciter, et vere fuerit narratum, itta ut de veritate apareat: itta intelliges C. experientię. cum tribus sequentibus 2. q. 1. ubi suas proponere actiones non deserat idemque de jure Regio probat. l. fi. lib. 4. novę. Comp. n.º 17. quare ergo male illud C. de adijcitur, peius autem Bintrio. et Barbacia. n.º 24. et Detus. hic col. 1. opinati sunt eo jure Canonico actionum usum fuisse sublatum ut in C. examinata 15. illo tt.º narratio non tantum fuit inepta, sed etiam veritati contraria, cum cons

Actionum usum sunt pontificio esse sublatum falso multi docent

tat illum actorem in possessione esse eo tempore quo pettebat possessionem sibi tradi reivendicatione in quo juditio omnino reum possidere tempore motæ litis ex §. 1. inst. de actio. L. 1. C. de ánulla. judi. L. officium cum alijs de Reivendi. Ex quibus omnibus Relinquitur nomen actionis non esse necesarium exprimere in libello, sed sufficere factum aptæ narrare, quod tamen consuetudine, et praxi admissum agnoscit gl. in d. L. 1. hoc titulo ubi Bar. n. 18. et bene Zasu. n. 19. Horos. 31. communem Senttentiam fatetur, agnoscit; et idem gl. in auth. de exhiven. reis. §. illud quoque versiculo Sancimus, ex verbo libellum, et cum infinitis observat Bolog. hic n. 9. Avend. Respon. 1. n. 6. Panor. et omnes in d. C. dilecti. et est frequentissima apud omnes Senttentia, quæ si expendas plane probatur in l. 9. tt. 2. p. 3. Unde fit, quod si exprimatur inepte tamen non ideo vitiabitur libellus. Dictum non est et scitum actum non ideo vitiari, quod solemnitas que alias non erat necesaria, minus apte intterponatur ex L. 1. in principio versiculo eodemque modo.

Actio inepte expressa facto in bene narrato non vitiat libellum

C. de Rei uxo. actio. et L. heredes. 21. versiculo, et si plures. de testam. quorum argumento ita docuit Inno. in d. C. examinata. Bar. n. 17. et alij in L. 1. hoc titulo vacs. d. C. 88. n. 6. Receptum testatur Rip. hic n. 8. Bolog. n. 12. quamvis Bal. et Jas. et Detij controvertantur ex d. L. 1. si mensor. et d. C. examinata. Quibus tamen tu ex suis dictis rectissime satisfacies. - - - - - - - - - - - - - -

Illud denique non est admitendum quod Bar. ubi s. Receptus affirmat, ubi plures actiones unius nomine Rei competit, ut legatario in §. nostra. inst. de Lega. nomen exprimi oportere, ut species litis demostraretur. Sed sane eo casu sicut etiam resolutum est, s. ex libello accomodato, et facto bene narrato cognoscit Reus, quod n.a cuius deductum est in judicium, et sic qua ratione contendat actor cum sm iuris regulas ex pluribus actionibus competentibus unam debet eligere, eamque experiri, quod in legatario probatum est in L. cum filius. 78. §. oaris. de Lega. 1. et generaliter in L. nemo. 49. §. quoties de Reg. iur. et in L. quod in heredem 9. §. eligere de tributo. - - - -

Ex resolutis tamen et ex hac L. et L. 1. bene ut sciat

Libellus debet continere certam petitionem, dixisti in L. defensionis C. de jure fisci ff.

rem. hoc titulo iam uides omnino exigi libellum certam petitionem continere, non autem esse admitendum si vagus, generalis, et incertus hoc videtur docere gl. ex verbo libellis. in L. 1. de off. asseso. ubi Bar. et ceteri DD. idem Bar. communiter receptus hic et satis probat L. si rem. de reivendi. L. 1. §. si quis argentum. depositi. ut sed etiam certa sententia fieri possit ex §. curare. inst. de actio. probat optime L. hec sententia 4. C. de senten. que sine certa quantita. et plane colliges ex C. 2. de libelli oblatio. et L. 10. tto. 17. lib. 4. Compi. Libellus autem sit incertam petitionem continens prescriptionem interrumpit ex tex. sic intelligendo in L. fi. C. de annali exceptio. versiculo sancimus non tamen ut sententia ei acomodetur ut rectissime bene opinatur Bar. quod sibi tribuit Vaco. lib. 6. declara. C. 89. nº 11. cui adde Cona. lib. 3. Commenta. C. 14. ut sic videas quam inique illam. S. pe non ponente procedere opinetur bene Ac. admissus a Bar. hic nº 2 quorum sententiam cum multis receptam testatur Bolog. in repetitione hujus L. nº 14. Horos. in L. 1. nº 34. hoc tto. ff. et cum multis novissime Mirandulanus in libello de adipis.

Libellus vagus, et incertus interrumpit usucapionis cursum et de intellectu L. fi. C. de annali excepto.

poss.e n.o 553. Bantiy de nullitate ex defectu processus n.o 26. Neque credas propter quamlibet incertitudinem libellum vitiari, ut multi falso crediderunt sed ita demum si incertitudo perpetua sit, nam si ex actis declaretur, ut praesensit gl. in d. §. Si quis argentum ex verbo Procuratur a quo non multum discrepat Alciat. hic n.o 9. Bolog. 14 docet expresse Bar. in d. L. si in rem. in fi. de reivendi. et sane docere soleo propter incertitudinem perpetuam dispositiones vitiari, non autem propter temporalem ex tex. a nemine perpenso in L. quidam relegatus. 6. de reb. dub. nec alia est J. C. ratio in L. Si quis ita 15. de reb. dub. versiculo quia ipsum testamentum. 1. qi illa incertitudo quae a principio erat cessat testibus adhibitis quam rationem esse bonam et elegantem convincit Varmient. lib. 2. Select. C. 3. n.o 3. quamvis gl. bene fi. audacter testatur non esse bonam rationem. Neque minus erravit Cona. in illius L. interpretatione lib. 9. comen. C. 3. sub n.o 6. de incertitudine vero perpetua accipies optimum tex. in L. Si domus. 84. in principio versiculo quod si nullas

Incertitudo perpetua non temporalis vitiari solet.

L. Si quis ita 15. D. de rebus dubijs.

ades de Lega. 1. et quod J. C. docet in L. 2. de hiis quæ pro non scrip. haben. et tu expendes L. ita stipulatus 115. de V. O. et magis L. triticum 94. eod. cui omnino adde Peraltam. in L. 1. n. 18. de Lega. 2. Gomez. 2. tom. varia. C. 11. n. 9. Quam nostram observationem in sententia probat Collatio L. 3. bene si parte aliqua et L. 4. bene cum incertum esset. C. de Senten. quæ sine cert. quanti. in illa non incertitudo cessat ex actis in hac vero perpetuo durat. Sic etiam quod et novum est observabis sin eam incertitudinem dictum correctam esse hodie dispositionem. §. incertis a decisione §. sed neque hujusmodi inst. de Lega. (rei et diui.) ut planum fit ex exemplis a Justi. relatis in d. §. incertis. ut sed temporalis incertitudo non vitiet Legatum perpetua autem omnino, ut sic iterum Caveas agl. ex verbo significaverit in d. L. Si quis ita docente indistincte decisionem illius §. correctam esse cui consentit Soci n. 12. in d. L. quidam relegatus. et Ange. a Sancto Joanne C. 2. antiparadoxorum = Ex quibus in proposito non minus quam vere posses declarare, qua ratione incertitudo libellum vitiet; item et d. §. curare, bene

§. incertis inst. de Legat. rei et diui.

C. 2. de ordi. Cognition.

et si de certa quantitate inst. de actio. et C. 2. in principio de ordi. cognitio. ubi generaliter petita fuerunt, nec ideo libellus fuit reiectus. . . . .

Intex. 6. Quam emendare.

Quando sit per mixta libelli emendatio

Ergo editam actionem, et ut interpretes volunt libellum actor poterit emendare; sed hoc non esse ita absolute accipiendum plane hic probat tex. sed ita demum si edicti accedat authoritas (quod quale fuerit mox explicabimus) hoc non equitas suggerit que ex varijs causis deprehendetur. sicuti considerabitis in §. si minus in §. si quis aliud inst. de actione. Lites multiplicentur cum quid uno iuditio potest explicari. sed cum non sit constituta certa regula quando 83. et quo tempore sit admitenda emendatio quam constat equitate niti, consequens est id totum ad judicantis arbitrium esse referendum ex. L. 1. de jure delibe. et l. mora. 32. de usuris. et nuncupatum adnotarunt hic Bal. n. 6. Purpura. et non nulli alij quorum meminit Menoch. lib. 2. de arb. casu. 165. quod si DD. perpetuo observassent infinitas prope dificultates vitassent quarum bonam partem sui penitus obliti sponte subire

uoluerunt, præsertim dum controvertunt post litis con-
testationem an vero sin ante eam emendatio sit ad-
mitenda, quod saltim in judicijs particularibus admis-
sise videtur gl. hic ex verbo emendari: cuius sententia
reiecta est, dum inter particularia, et universalia
iuditia discrimen constituit. Et crebior est sententia
in quocumque juditio esse habendam rationem litis
contestationis. ut ante non post emendatio admittatur
quod et Bar. et reliqui docent, et receptum agnoscunt
Cagnol. n. 67. Decy. 10. et 18. Bolog. ex n. 6. hic gl. Panor.
et alij in C. 2. de libelli oblatio. DD. in d. §. si minus 11.
tandem ut indubitatum regulam constituit Luco. reg.a
440. argto. L. non potest. 23. de judi. neve fieret ut lite
non contestata sententia feratur contra regulam
quam ex tex. bene deducit gl. in L. prolattam
C. de sentten. et interlo. item et qi. alias non posset esse
certus reus de specie futuræ litis si narratio admi-
teretur, sed post litis contestationem, est siquidem
litis contestatio initium juditii ex. L. 1. de litis contes-
ta. pro qua sententia facit L. fi. C. de plus petitio. Neq.e
debet movere in contrarium L. 4. de petitio. hæredi.
quam. hic male advertit gl. quasi probet in juditiis
universalibus post contestatam admiti emendatio.

L. 4. C. de petit. hæreditat.

nem. Sed longe errat. nullum n. bene verbum est de emendatione, sed illud sit ex natura actionis, petitio nis hæreditatis, vi quidem accessitur speciei rei judicatæ in restitutione facienda, ut probat l. quod si in diem. 18. in principio et l. 32. §. quod tempore, et magis l. si quo tempore 14. de petitio. hæred. sicut in actione universali de peculio. in l. quæsitum 34. de peculio fuisse petitionis, hæreditatis actionem propositam in d. l. 4. probat illum proprium bene vi hæreditatem petant, cuiusque actionis natura est, ut autor V. declaretur hæres, et tantum consequens sibi esse adjudicanda omnia bona hæreditaria ex. l. et ex diversis 36. §. 1. ubi notat Bax. scribendi. latissime docet Cova. in pract. C. 12. et inter illam l. 4. explicat Bax. hic opposit. 4. communiter receptus sit Alex. n. 5. Bolog. 47. et sic Gomez in l. 45. Tau. n. 166. latissime per Mirandu. de petitio hæredi. sub tit. de adi piscen. post. ex n. 547. et omnino adde Covar. ubi s. n. 6.

Petitionis hæreditatis actionis natura

l. si fundus. 28. d. contrj. divid.

Nec tum obstat Regula l. si fundus. 28. bene neque non ultra id communi dividundo, cum bene ut iam

observavimus S. Sententia non valet, quia fuit
lata de re, quæ neque posita fuit, nec in illum
juditium venire poterat, cum communis non esset
Nec te turbet in contrarium 8. L. non potest qi intel-
lige cum gl. bene de juditiis particularibus, uti etiam
voluerunt hic Bar. et omnes, vel saltem dic bene
probare rem de novo accedenti nova interpelatione
opus est, ut sciat Reus quid de novo in juditium sit
deductum, quod ne nos negamus ex L. de uno quoque
de re judi. et L. nam ita Divus. de adoptio. Ut cumq.
sit illud ex nra Sententia observabis frustra DD.
quærere an emendatio fiat post contestationem
cum hoc in judicantis arbitrio positum fuit, qui
pro sua Religione animadvertet, sit ne admitenda
vel Rejicienda emendatio, quam non admitet, si ac-
tor in libello aliquid confessus fuerit, quod Reo prosit
cum constet ex illa confessione commodum inferri
Reo ex L. 2. versiculo, neque exordinario. ubi notat
Bar. C. de inst. subcod. fact. et L. cum pretium
9. ubi notat Ac. C. de libera. cass. quam Regulam
late deduxit filiss. Port. lib. 1. conclu. Reg.a 3. et multi

Confessionis emmendatio Rejicitur

quorum meminit Alfa. collect. 295. unde si emendatio eo casu admitteretur, esset contra ius, veluti iam Reo ex confessione actoris quæsitum ex L. nemo 95. de Reg. iur. in 6. male ergo Bar. et alij hic eam Regulam accipiunt post litem contestatam cum sit contra illas ss. generaliter loquentes, et contra Receptam Sententiam, quam hic Resoluit Bolog. n. 25. quem omnino vide circa d. L. cum pretium, et magis de intellu adde Alu. quem vide lib. 5. paradox. C. 5. Cona. lib. 2. Comen. C. 11. n. 6. Unde Relinquitur veriorem esse Martini Sententiam ab Acc. Relatam, quamvis Rejectam ind. §. Si minus docentis emendationem permiti lite etiam contestata quam et hic tex videtur probare dum absolute actionem editam, id est cuius iam copia data est Reo emmendare permitit, si æquitas postulet item etiam L. actorum 45. de re judi. et induces L. 4. §. si detracta bene dum judicium geritur de nexalib. actio. et d. §. si minus bene in eod. juditio. et §. Si quis aliud, inest de actio. cum constet judicium non dici si lis contestata non est ex L. 1. C. de Lit. Contesta. in L. amplius 15. Rem ratam haberi docet Bar. communiter Receptus in L. nam

L. cum pretium C. de liberali Causa.

Emmendatio aliquando permititur hic etiam contestata

Juditium non dicitur si lis non sit contestata

postea de iureiur. neque dici potest futurum inde, ut lite non contestata, sententia feratur, cum nova interpellatione, tunc opus esse fateamur ex L. non potest. 23. de iudi. atque ita fiet ut Reus, cognoscat quænam sit litis species, quidquid denouo in judicium deducatur, qua ratione satisfacies argumentis pro recepta sententia adiectis, ut egregie resoluit Vaco. lib. 6. declara. C. 89. nobiscum sentiens, et docuerunt hic fulgo. et Alec. n. 9. Neque negotium sibi faciat L. 1. C. de plus petitio. cui consonat. L. 42. et 43. tit. 2. p. 3. si adiuctas eam decissionem de plus petentibus loqui, neque petere eum dici, qui litem non fuit contestatus, quamuis Reum in ius uocauerit, sed dici petere velle ex tex. eleganti in d. L. amplius, ut sic intelligas §. si quis agens, et §. plus inst. de actio. Et si mature consideres d. L. 1. non probat post contestationem actorem pœnitere non posse, cum plane loquatur de eo, qui usque ad fi. litem exercuit. Reliqua circa eam L. uide per Baldui. et DD. in d. §. plus, et Cuia. lib. 7. observa. c. 27. et lib. 12. C. 21. Briso. lib. 4. select. C. 10. Rober. lib. 2. senten. c. 9. Rebar. C. 42. de reg. iur. Atque licet hæc de emendatione sunt dicta in mutatione actionum et accipi oportet utriusque non eandem esse rationem, ut uides probat manifeste hæc L. sicque ad judicantis arbitrium referri uolo cum et mutationem fieri post litis contestationem

L. 1. C. de plus petitio dixisti ad L. Iustas. C. de iure fisci lib. 10. n.

Mutatio actionis.

probabilius sit ex relatio rationibus et probat L. na
turaliter §. nihil commune de acqui. poss. et L. qui
fundum 18. versiculo: cum qui; de vi et vi arma.
quamvis Acc. et communis sententia hic neget
idque in confesso esse teste Corra. in d. §. nihil com-
mune n. 7. et absque dubio praxis observat actio-
num mutationem, quamque in litis petitione licere
dum tamen actor dicat sponte velle in expensis condem
nari, sed factis in ea instantia a Reo: illud tamen
fatteri non debes, quod perperam hic insinuat Acc.
hujus L. decissionem qua in parte mutationem admi-
tit correctam esse expressa decissione auth.e qui semel
C. quomodo et quando judex ut repetit Acc. ex ver-
bo usque ad fi. et in §. Si quis aliud inst. de actio. ubi
receptum dixit faber, et constanter defendit hic
Purpura n. 144. Siquidem facile videbis nequaquam
id esse admitendum mihi. n. Sm. pro Reo postulante
judicem debere cogere actorem litem propositam
usque ad finem exercere, nec pati debere actorem
Reum illudere litem diferendo, et procrastinando
sicut in casu contrario actor contrarium contu-
macem, et in judicium venire reluctantem
usque in finem litem prosequitur ex l. consen
taneum. C. illo tt.o atque ita accepit illam auth.a

Aut 5. qui semel, quomodo et quando

Bar. h. n. 11. communiter Receptus sin Alex. n. 14.
et alios nouiores et sin Corra. in interpretatione d. §.
nihil commune n. 5. Vaco. d. C. 87. in fi et multos quos
citat Alfa. Colect. 80. quo casu Reus id consequitur ut
a judicio illo liberetur, si absolutus fuerit, non tamen
inde consequitur actorem non posse actionem mutare
cum constet posse liti renuntiare ex L. 4. C. de pact.
et L. destitisse. de judi. Neque urget tex. quem hic ad-
ducit gl. in L. de qua re. de iudi. non uti ego iudico
tantum euincit posse cogi judicem sententiam dicere
in negotio de quo agnoscit, quamuis aliter bene acci-
piant Acc. et DD. et in L. 1. C. de ordin. judi. et in
C. 1. de ordine cognitio. Ripa. in L. quod iussit n. 13.
de reiudi mutare ergo adhuc licebit actionem semel
propositam - - - - - - - -

Cumulatio actionum.

De cumulatione autem plurium actionum in eod.
libello vel in eodem judicio agit hic Acc. ex verbo em-
mendari versiculo sed cumulatio. et in universum
permitti docet ab alijs Receptus tam hic quam in d. §.
nihil commune et in ~~d. §.~~ C. 2. de libelli oblatio. quia sed
non inuenitur prohibita ergo censetur permissa ex
L. 1. de testi. et in L. nec non 28. §. quod eis. ex quibus

cass. maio. et suppeditant exempla. l. si idem 11. in pin
cipio de iurisd. omnium judi. et l. non est novum. 10.
ubi Acc. rationem afert de actio. empti. Intellige
autem Cumulationem non admiti, si ejusdem rei no
mine plures competant actiones, hoc est ex eadem
Causa, quia constat eo casu unius electione facta ac-
torem ab alijs excludi ex l. plura delicta 52. de actio.
cui adde Cuia. lib. 8. obser. C. 24. et probat l. cum fi-
lius. 78. §. varijs de lega. 2. et l. nemo 44. §. quoties
de reg. iur. et magis l. quod interdum §. eligere
de tributo.: neque alia est ratio l. 1. §. quod autem
quorum legato. et sic debes intelligere tex. difficilem
in l. fi. in principio C. de Codicillis. de cuius tex.
interpretatione vide costam in repetit.e l. qui duos
§. cum in bello. versiculo cum filio. n.o 4. de reb. dub.
et idem in C. si pater ex verbo interdum n.o 19.
de testam. Cona. lib. 9. Comen. C. 5. et 6. latissime omnium
Achiles. Ill.us de adipis. poss. ex n.o 186. denique in eo casu
cumulationem non admiti probat hic gl. communiter
recepta a Bar. et alijs Sm Bolog. n.o 103. Corra. in d. §.
nihil Comune n.o 17 et bene Beringa. C. 5. quod si non
ex eadem Causa competant, quamvis ad eundem

effectum magis est cumulari posse ex L. si mater. 11. §. eandem et L. et cum eandem. 14. §. actionis. de exceptio. rei judi. limitat etiam et alio modo Acc. quando actiones sic se habent, quod lata in altera sententia solutoria pariat exceptionem rei judicatæ in altera tunc. n. non admitetur cumulatio. Pro qua sententia que communis est ex sententia dictorum citat Bar. hic L. fundum. 16. et L. fundi. 18. de exceptio. quia non cumulatur actio servitutis, et propietatis quia sententia lata in servitute parit exceptionem in propietate, et illa jura induxit Zany. in §. si minus n. 12. inst. de actio. et late Bolog. hic n. 102. sed illæ ss. aliter nituntur non quæ deducitur ex regula L. per minorem 54. de iudi. quam declarant Rober. lib. 1. senten. C. 13. Rebar. lib. 2. de præiudi. C. 70. Quoties. n. minor et maior causa concurrunt, maior minorem trahit, ut in specie dictarum legum, et hoc sibi uolunt illa verba ne fundo præiudicium fiat, hoc est nequando de servitute prius definiatur, cum sit minor et quia quando cum propietate motarum maior sit, et præcipua, et quia alias ordo judiciorum perturbaretur. Ita illa iura rectissime accipisse hic videtur Bar. in repetit. patauina. n. 77. Cuma. in d. L. surdum cum Corra. ubi s. n. 15. Cuia. ad Africa. tit. 9. pag. 147. Rebar. d. lib. 2. C. 6. l. 3. cum non percipit Rober. dict. C. 13. et contra com

L. fundum. 16. et L. fundi. 18 D. de excep.

Maior Causa trahit ad se minorem

L. sed si ante 17 D. de exceptio. munem sententiam urget tex in L. sed si ante 17. de exceptio. in cuius interpretatione laborant DD. ut videre licet per suos dictos bene n. si servitus fuerat ante, et deinde fundum admititur illarum actionum cumulatio neque reppelitur actor exceptione redit n. ad ordinem, quem non observaberat in principio agens de servitute, cum constet servitutem non deberi ei qui dominus non est, ex L. 1. si servi vindic. L. 1. communia prediorum. d. L. fundus. in fi. itaque debet interim si actor voluerit suspendi petitio donec de propietate fuerit pronuntiatum, cum minorem causam maior ad se trahat ex d. L. per minorem. nec alia ratio est L. 1. famil. ercis. et L. 7. de petitio. heredi. L. ultim. in principio C. eod. cui adde Cuia. lib. 9. observa. C. 27. quibus et alijs rationibus precipue ex L. 1. C. de furt. L. si pro fure. §. 1. de Condi. furti. contrariam sententiam constanter defendit Corra. in d. §. nihil commune n. 12. et sane praxis observat, ut cumulatio actionum indistincte admitatur. - - - - - -

In tex. b. edicti perpetui.

dictum perpetuum. Non dubium est hoc edictum fuisse illud de quo in ff. eodem de quo tam crebra mentio fit; neque credas perpetuum dictum quia generale, ut per peram opinatur gl. hic ab alijs admissa; sed quia ejus constitutio perpetuam habebat abserbationem arg.to tex. in principio inst. de

perpe. actio. explicat in proposito Bello lib. 1. suputa. C. 9. et de perpetuis edictis vide Alc. lib. 2. disputa. C. 27.

Ad L. qui accusare 4. ibi alienorum instromentorum.

Ergo de privatis instrumentis, et gratia tantum rei conventi confectis accipienda est hęc L. ut sic cesent plures difficultates, et limitationes, quas passim comminiscuntur DD. ut videbis apud Soci. regula. 112. sic intelligitur L. 1. ubi diximus S. hoc tit. et C. 1. de probatio. nam sic communia utriusque litigantium esse eorundem, qui commodum respicerent, editionem fieri dicemus. argto tex. in L. 2. ubi S. eod. et induces L. 2. bene actorum communium. C. ut lite penden. L. iustum. L. procurator. bene quę sibi communia sunt S. eod. L. 5. famil. ercis. L. prętor 4. in principio bene iniquum fuit ff. hoc tit. et magis tex. in C. 9. perpetuus. 12. de fide instrumentorum ubi gl. citat alia iura, et in proposito hujus L. vide quę late tradunt Decus. Panor. Parij. et alij in C. 1. de probatio. Deti. Alciat. et omnes repetentes in L. 1. S. hoc tit. ubi latte Bolog. ex nº 32.: rationem autem hujus constitutionis deducunt omnes ex L. nimis grave. C. de testi. et qi grave est quem patrimonij sui secreta pandere ex L. 2. C. qnº. et quibus. quarta pars debea. lib. 10. Sed tu aliam colliges ex tex. hic bene probationes suas, namque

Instrumta; communia cogitur quilibet edere.

si alienis instrumentis nitetur, actor non diceretur habere suas probationes, sed alienas, et scitum est actori probandi onus incumbere ex L. actor. C. de probatio. L. fi. C. de reivendi. §. non solum. in A. de lega. L. 2. de proba. neque regulariter quis cogitur edere tm rei suę ex L. cogi de petitio. hęredi. actor. n. instructus debet venire in judicium ex L. 2. C. de dilatio. ut sic accepta hęc constitutio et juri consona, et ęqua cuicumque videri debeat, quamuis satis constanter Ferretus in L. 1. n. 31. S. hoc tto defendat, et iuri contrariam, et iniquiam esse, cui non omnino convenit Velascus lib. 1. de iure emphi. q. 8. n. 4. quod minime ferendum est, neque etiam admitendum est, quod Bal. docet in L. fi. in eod. hodie indistincte editionem fieri instrumentorum, postquam invaluit posessionem et interrogationum usus quibus constat reum teneri rdere. ex. C. 1. et 2. de confe. in 6. L. 2. §. quod observari. C. de iuramen. calum. L. manifestum. 38. de iureiu. clem. sępe versiculo et quia, et versiculo interrogauit de verbor. signif. L. 2. tto 7. lib. 4. novę Comp. et tamen ex ejus confesione in fauorem actoris emissa condemnatio fiet ex d. C. 1. et 2. et L. de ętate §. interrogatus. de interrog. L. 1. C. de Confessis. C. 1. ex. eod. quibus rationibus ita defendit Cur. Juni. in L. 1. ex n. 3. S. hoc tto nouissime Paz. quęstio. Ciui. C. 5. n. 6. et 10. = Sed sane non est eadem utriusque ratio, siquidem constat positiones

Nemo cogitur ostendere titulum rei suę.

has unum admisisse explicandarum litium gratia ut citius finirentur ex d. Clem. Sæpe versiculo et quia non sic eveniret editis instrumentis, cum multa possent adversus eorum fidem opponi, et idem Reus respondendo capite agere possit tantum dicendo qui litem concernerent, cum tamen instrumentis editis alia incidenter pandi possent, quæ ingens incommodum Reo inferrent, et denique satisfacit Bolog. in Repetit.e L. 1. n.o 33. S. hoc tt.o dum tamen obiter observes, non esse accipiendum de hiis positionibus, et interrogationibus. ff.m ff. de interroga. actio. est. n. interrogatoria actio in eo tt.o quæ ex responsione a Reo facta in judicium ceptum nascitur, ut colliges ex L. 1. et per totum ff. illo tt.o solebat. n. is. qui petiturus erat interrogare illum cum quo erat acturus, esset ne actor, hoc est obligatus facere vel dare, ut sic actor certus de iure suo litem institueret: sic explicat eleganter præter Alc. hic Duarc. lib. 1. disputa. C. 43. Rebar. lib. sing. pro tribuna. C. 5. argute. Rober. lib. 4 senten. C. 18. Politus. lib. 5. historiæ fori Romani. C. 4. pag. 606. et omnino vide Ubesembe. lib. 11. ff.orum tt.o 1. quos omnino adde ad L. 1. versiculo interrogatoria ff. illo tt.o.

In tex. ber.o actore non probante.

Notissima est hæc Regula, quam etiam probat L. fi. C.

de reivendi §. non solum inst. de Lega. versiculo fi. et si
aduertas probat L. 73. et post edictum. de judi. in prin-
cipio cui adde Duare. lib. 1. disputa. C. 7. probat. C. ut
ecclesiastica. benefitia C. fi. §. 1. de iure iur. L. 39. tit. 2. p. 3.
prosequitur late Cota. lib. 1. memorabi versiculo actore.
Dueñas Regula 22. et plures citat Alfanus collect. 102. et tu
adde celebrem Quintiliani traditionem lib. 3. institu. ora-
toria. C. 8. versiculo nam ut a defensore: Unde reprehen-
dendus utique est Gelius. lib. 14. noct. attica. c. 2. cum
in eo casu reum quamuis impurissimę vitę non absoluit
actore quamuis viro probatissimo nihil probante, in quo
errore etiam fuit in pulcho casu Joa. de Saison ad consue-
tudines Juronenses tit. de iudic. art. 10. versiculo et sententia
gant. n. contra regulam nostri tex. et ita Gelium nuncupatum
faxat Poletus lib. 5. historię fori romani C. 6. Ratio hujus re-
gulę si ad criminalia refferas, quę colligitur ex L. merito.
51. pro socio. ut non pręsumatur dilectum in dubio. quam
regulam disputat Alc. lib. de pręsump. Regula 3. pręs-
ump. 1. et 2. Dueñas Regula 75. et 194. feli, et alij in C. fi.
ubi bonus tex. de pręsumptio. = In Civilibus autem Ratio
deducitur ex Regula L. Arianus. 46. de actio. L. fauora-
biliores. 125. de reg. iur. §. retinendę versiculo commodum
inst. de interdict. et sic non est pro possessore pręsumendum
ut dicens credatur nisi contrarium probetur L. is qui. 25.

de reivendi. L. 2. uti possidetis, cum dominia rerum ex possessione origenem duxerint L. 1. in principio de acquiren. possessione.

In eod. tex. bene obtinebit.

Ergo definitive absolvitur reus actore etiam intentionem suam non implente, quod ut intelligas moneri debes sententiam definitivam eam dici; quę extremum finem controversię imponit ex. L. 1. adiuncta. L. 35. de re judi. docet Acc. receptus in L. qui restituere. ex verbo restituit. de rei vendi. gl. ex verbo definitiba. in clem. 1. de sequestra. Interlocutoria autem sententia, est quę non definit negotium principale, qualis est sententia absolutoria lata ab observatione judicij. de qua in L. pro perandum. §. 1. versiculo et siquidem C. de judicijs ubi notat gl. quo non obstante poterit iterum actor de novo litem intendere, cum exceptionem non pariat rei judicatę ex. L. non id circo 44. §. 1. cum gl. ex verbo absolui. de judi. et est celebris Bar. doctrina in L. 1. n. 4. de accusa. recepta sm. relatos a Cova. lib. 1. varia C. 1. n. 8. et lib. 2. C. 10. et ita hanc sententiam ab observatione judicij interlocutoria appelat gl. per tex. bene in L. harum. 7. ex verbo absoluatur. si servit. vendi. quam bene notat Bar. et Paul. n. 2. idem Paul. n. 6. et Bal.

in d. L. properandum. §. 1. Ripa. n.º 6. in rub. de reiudi. et tandem receptam sententiam agnoscit feli. n.º 17. in C. examinata. de iudi. et colliges ex Cova. in locis citatis, quamuis non advertunt DD. d. L. harum, loqui de sententia absolutoria lata pro reo, quia satisfacit obligationi, cui erat obnoxius, quo casu sententia difinitiva dicenda est solutione. n. tollitur obligatio ex principio inst. quibus modis tolli et probat in sili tex. optimus in §. fi. inst. de perpetu. et tempo. actio. qui non potest non de difinitiva intelligi sententia. ex d. principio et d. L. 1. de re iudi. denique de hac sententia ab observatione judicij accipitur hęc lex. - - - - - - - - - - - -

Consequitur ex suis dictis actorem posse ex integro causam agere ex d. L. properandum. §. 1. adiuncta gl. ex verbo ab observatione, et ex verbo judicij et probat in suo casu d. C. examinata. ex L. si mater 11. §. eandem versiculo et ideo si forte. de exceptio. rei iudi. docet gl. in L. 1. versiculo neque tenere. si mensor falsum modi. et receptum resoluit Maranta. de ordi. iudi. 5. p. n.º 49. et 50. et Tiraq. de utroque re tract. t.º 1. §. 8. gl. 7. n.º 3. et in L. uobis. §. hoc sermone. limita. 1. n.º 18. de verbor. signif. Quod seus erit si definitive in hoc casu reum dicamus absolutum quod magis est ex hac

L. et ex. §. Retinendæ. versiculo commodum. bene judicari solet. de interdict. et induces L. argentarius. 10. §. fi. bene de se aut judice queri debet. de edendo, quam in id notat bene Bal. et Jas. n. 2. et L. imperatores. 35. de re judi. L. sub specie C. eod. si de absolutoria sententia latta intelligas non restrantanda propter instrumta de novo inventa. Et tandem docet gl. ex verbo locum in auth. qui semel C. quomodo, et quando judex et bene Bal. n. 27. idem videtur tenere gl. in l. idem Pomponius. 13. §. fi. ex verbo nondum liquore de recep. arbi. docet Paul. n. 3. Bolog. 10. et omnes hic. Bar. in d. l. properandum. et bene Purpura. et omnes Bar. in L. admonendi n. 13. de iureiur. et receptum testatur Cova. d. C. 1. n. 8. et tunc non obstabit d. §. 1. L. properandum. ubi sententia ab observatione judicij non difinitiva fertur, nam dices hoc bene ideo, quia cum contumace, et eo qui terminos ad probandum non fuit præfixus, agebatur quasi eo casu, verius dicatur nihil actum, quod nihil probatum. At nostra lex accipitur de actore, qui quamvis terminum ad probandum habuit, non tamen potuit intentionem implere, atque ita resoluit Bar. in §. 1. n. 9. et ind. L. admonendi. n. 17. et eam sententiam agnoscit hic Alex. et Jas.

n. 8. Bolog. et Recentiores Cagno. in L. favora biliores n. 14. de reg. iur. Cepola. Cautela. 64. Maranta ubi S. n. 51. Cova. d. n. 8. qui debuisset citare L. 2. tit. 14. p. 3. --

Rectissime tamen admones utroque casu praxi observari ut reus difinitive absoluatur, quo iure utimur sed monere debes in foro concientiæ non ideo liberari reum quod absolutus fuerit ex regula hujus tex. ut nuncupatim observat Menoc. lib. 2. de arbitra. casu. 98. n. 15. et tu poteris inducere tex. in C. fi. de præsump. et alia jura vulgaria: illud vero debes sumé notare, quod ex eadem resolutione vere relinquitur obstatura rei judicatæ exceptionem actori si alio judicio contendat reum convenire, de eadem re quam primo judicio petierat, et in quo reus fuerit absolutus, quia actor non probavit, cum illa sententia difinitiva fuerit et exceptionem pariat rei judicatæ iuxta L. 3. et L. cum quæritur. 12. cum sequent. de exceptio. rei iudi. neque mouerit quamuis nova instrumenta invenisse contendat, quibus intentionem suam probare liquidó posit, repugnat. regula. d. L. sub specie d. L. imperatores. et potest fortiter induci d. L. argentarius. §. cum autem est quod eo casu impu

temus actori, quod in judicio acturus neque probat

habuerit contra Regulam hujus tex. et quod non instructus venerit contra L. 51. quando C. de latroni. quam rationem prudenter consideravit Paul. Cons. 257. n. 3. lib. 2. novæ impressionis. quæ cum in Reo cesset quod convictus et eo actus in judicium prodit asseverandum est, iterum audiendum, si instrumentum novum invenerit, quo suam inocentiam probare possit; quo fit, quod si soluisset centum aureos, quos forsan, vel qui mutuos accepit, vel alia ratione debebat, et postea conventus condemnatus sit post solutionem, n. probaverit quia cantionem solutionis non invenit, et ita iteratto soluit, si postea liberationis instrumentum inveniat, eo dicere, vel repetere poterit re iudicata non obstante, illos aureos primos solutos quod bona fide, naturali ratione, æquitate, et jure probandum est ex. L. bona fides 75. de Regul. jur. L. nam hoc natura. de conditio. indebi. L. si inepte 22. in fi. si cert. peta. et quia dolo actor senttentiam suam se contorsit, videtur restituendus Reus ex. L. si prætor 75. §. Marcellus. de judi. facit. L. incommodato. 17. §. fi. commodati. et debet habere locum conditio sine Causa ex L. fi.

si illo. de conditt. sine Causa cum stetur. 2ª Solutioni prima reddit ad non solutionem, ut probat tex. elegans in L. eleganttem 22. §. si post transactionem, versiculo dolo de condit. indeb. pro eadem sententia debes expendere §. vindicanttem. 17. adiuncta l. sequen. de emptis. iunctis hiis, quæ ad earum interpretationem observat Bar. et omnes in L. qui Romæ §. duo fratres ubi latissime Bolog. a. nº 70. de V. O. Denique glª sententia hæc est in L. Julian. de condi. indebi. ubi ita docent Alberi. et Bar. nº 11. et est in proposito elegans Pauli consilium omnino videndum 157. lib. 2. docet idem Paul. ubi Ang. ita refert judicatum in L. si sine ff. rem ratam idem Paul. ubi eleganter Alex. nº 8. in d. L. imperatores. Bal. in d. L. sub specie nº 7. et in L. 1. nº 7. C. de condi. indebi. late feli. post Panor. nº 1. in C. suborta. de re iudi. quibus non adductis. ita defendit Mencha. quæstio. usu frequen. C. 63. nº 31. et neminem referens, ita agnoscit communem sententiam Costa. in repitit. L. si ex Cautione. §. ex hiis ego infero nº 4. pag. 531. C. de non nume. pecu. Et ita me patrono iudicatum memini ac cum eo Casu agimus ad conducendum id quod primo fuit solutum, non violabitur regula L. sub specie, nec altera ex L. 1. C. de condi. indebi.

Et te etiam iudice senatus noster non semel iudicavit et latius scripsisti ad L. 1. de finis adverficum lib. 10 C. re vide.

et magis ex pluribus text. in l. si fuerimus. 29. §. in omnibus mandati. ubi obscuat gl. et expliabi l. cum haberet. famil. erciscund. et text. qui in contrarium plures movet, in l. quod in diem. 6. §. Talem de compens. Alia. n. res est, quæ modo petitur, quod quæ in iudicem fuit deducta, cum primæ solutioni non stetur arg.to text. in l. §. si post transactionem, bene cum transactioni non stetur. et ita non obstabit exceptio rei iudicatæ sequa in l. si duobus 19. versiculo nihil aliud de exceptio. rei iudica. iuncta l. cum quæritur. cum duabus sequen. ff. dicto t.o et hæc est planior, et securior pro cedendi via, quam restitutionis adversus sententiam quæ fisco tantum videtur permissa in d. l. imperatores. et per consequens alijs ablata, ut nominatim videtur docere Alc. in d. l. sub specie. quamvis restitutionem admittendam ex clausula si qua mihi justa causa videbitur, sequa in l. 1. et per totum ex quibus. Causis majoribus docet Cinus. in l. 1. ubi alij C. de condi. indebi. et cum alijs Alex. cons. 69. n.o 1. ubi Molin. lib. 3. idem Alex. Cons. 170. n.o 2. lib. 2. Hipolit. singu. 227. et receptum pro fisco vide Cur. Juni. Cons. 18. n.o 1. pro qua sententia tamen expendes l. si mater. 11. in principio de except. rei iudica. - - -

Ad. L. non est novum iuncta. L. iustum est.

Hæc L. non est novum, dificultatem habet, propter L. 1. et 4. hoc tt.o quo nemo cogitur aut rationes, aut instrum.ta sua edere: sed disolues ex L. fi. in eod. aliud in reo, qui non cogitur nec rationes, nec instrumenta propia actori edere ad fundandam petitionis origenem, diversum in actore, qui reo tenetur edere ad fundandam defensionem: idque æquitas sugerit, cum reus coactus veniat, at actor voluntarius, et instructus veniat seu debeat in iudicium provocare ex L. qui accusare s. bene probationes suas et ex L. si quando C. de dilatio. et in L. Curæ 5. §. fi. de doli exceptio. neque discrepat Bar. Detij. Bolog. et alij. in L. 1. et in L. fi. ubi dicemus in hoc titulo Panor. Detij. n.o 38. in C. 1. ubi vero n.o 57. de probatio. late Cefalus. Cons. 165. lib. 2. reus n. pettendo rationes suas adversarium edere, eas aprobat cum remitat causam, et negotij definitionem ad eas. non sic actor cum contendit a reo eas extorquere, cum non probet sed tantum ut originem petitionis inde deducat; atque hujus L. regula et ad fiscum videtur trahenda ex d. L. iustum est, ut sed fisci procurator teneatur reo convento ita pettenti rationes publicas exhivere, quod verbum publicas omnem m.a sententia tollit dificultatem quam gl. Bar.

Et pro cul dubio Senatus noster qui semper æquis et veritas præcipuis habet sine diferentia et distinctione actoris et rei cogit litigarum edere quecumque instrumenta si constiterint pœnas alteri illorum esse sive actor sive reus ille sit a quo gestio postulatur et quo jure utimur passim

et cæteri deducunt ex L. in fraudem §. neque de jure fis. intelligenda siquidem est hæc lex. iustum de rationibus confectis utriusque gratia et induces L. procurator bene quæ tibi communia sunt, in et ex L. 2. adiunctis bene dictis §. hoc tt°. quam inter prætationem confirmabis ex alia non admodum dissimili, quam docet hic fulg. et Detiy. et Bar. in d. §. neque ut sic intelligas L. 4. C. de fide instrum. - - - -

Ad L. Procurator. 7.

Res privatas Principis sui procuratore fuisse probat satis hic locus et L. cum servus. 40 alias incipit Julian. 42. §. fi. versiculo sed prædia de lega. 1. qui cognoscere solebat de quæstionibus illarum privatarum rerum cá inter fiscos, et privatos excitatis colliges ex L. 5. et 6. et per totum C. ubi causæ fisca. neque alia ratio est L. necquidquam 9. in principio, versiculo sed si causa de off°. proconsul. ut rectissime observat Briso. lib. 3. select. antiqui. C. 18. et cum Princeps habeat bona multiplicis generis observante Cova. in regula possessor. 2. p. §. 2. alia ut Princeps. alia ut privatus, ita erant duo Procuratores Cæsaris, et alter rei privatæ de quo in tex. nostro, qui et Comes rerum privatarum appelatur in L. 1. C. de off°. Comitis rerum priva. et in L. si quis adversus. C. ubi causæ fiscales. et credo appelari Procuratorem rei dominicæ in L. penu. C. de jur. fis. lib. 10. docet Briso. d. lib. 3. C. 2. et ego interpretor iudicem bonorum confiscatorum

quamuis pro fiscali re ponat Horos. in d. Rub. de off. procurato. n. 7. Alciat. et alijs aliter sentientibus hic. - - - - - -

In tex. bene quæ Communia.

Instrum entta ergo communia et utriusque gratia confecta edenda sunt pro miscue, sive ad inuicem, sive actor, sive reus sit, qui postulet, probat l. si quæ 5. famil. ercis. l. 2. bene communia C. ut lite pend. casu Valascus. lib. 1. de jur. emphi. q. 8. n. 5. et induces d. 17. tt. 2. p. 3. ratum colliges ex l. ait prætor. 4. versiculo hujus edicti: bene meum quodam modo hoc tt. siquidem quod commune est cuiuscumque p.m habentis dici potest, ex l. Lerui. elect. 5. §. cum fundus. de lega. 1. cui adde Bar. et Peral. in l. cum fundus. de lega. 2. ut sic uites. - - - - - - -

Ad gl. ex verbo more.

Ex hac gl. ad uincto tex. colligunt hic Bar. et fere omnes n. 8. instrum entta Communia pones dignitorem esse deponenda iuxta l. ff. de fide instru. et hoc quando æquale est utriusque ius. quod si æquales sint in dignitate et iure observanda erit decisio l. si quæ 5. famil. ercis. de qua re uide Jas. prætor alios in l. cum quidam n. 53. si cert. peta. Casanæ. in Catalogo gloriæ mundi consideratione 29. Tiraq. de nobilita. c. 20. n. 174. et de primoge. in principio ex 126. sed praxis deducitur ex l. circa 4. §. fi. famil. ercis. de qua praxi uide Jacobi. ind. l. fi. de fide instrum. - -

Ad auth.m Si quis in aliquo documento bene ex hac memoria et bene mentionem.

Cum hæc verba tantum significent communem orationem non video unde Acc. hic et alibi a non paucis admissis deducat hic agi de instrumentis ex scriptis, sive traductis, vulgo traslado, ut fidem non faciat nisi proferatur auth. et originale iuxta L. 2. ita communiter intellectam de fide instrum. L. Sancimus. 3. C. de diver. rescrip. C. 1. ubi notant, rationes de fide instrum. L. 44. et 119. tit. 18. part. 3. in quo errores præter alios sunt Montan. lib. 2. de judiciorum præsi. C. 5. versiculo quia vero. Molin. ad consuetu. pari. tit. 1. §. 5. n. 57. Unde tu resolvas tantum hic probari commemorationem in instrumentis, quamvis solemni de alio instrumento factam obligationem non inducere ad exactionem efficacem nisi idquoque instrumentum proferatur, aut alia ratione debitum comprobetur; sic melius videtur accipisse Bar. hic n. 11. cum quo Bolog. n. 42. et nihil referens Cova. in pract. C. 21. sub n. 2. cuia novela. 119. Detuy. Cons. 5. ex n. 5. et ita idem colliges ex L. fi. de proba. et ex tex. nuda senten. sic intelligendo in L. 2. bene ex indice de fide instru. et accipies tex. unde iste desumptus est, in auth. ut sponsalia largitas. §. et hoc insuper coll. 9. Cæterum obest. L. chirographis. in principio bene ex inventario de adminis. tutorum ubi videbis exigi posse ex commemoratione chirographi facta in inventario, et plane tamen utrobique gl. et Bar. intelligunt tex. de traductione judicis aut-

horittate facta addentes que eo casu debitorum citationem necessariam esse ex vulgata. L. de uno quoque de re iudi. C. 1. in fi. de Causa poss. atque idem Acc. ita repetit in auth. ut fratrum filij. §. illud quoque ex verbo in num.te coll. 4. et post Decium hic n.o 9. communem solutionem fatentur Mones. in L. 3. n.o 5. C. de divers. rescrip. ac in eo inventario iudicis authoritatem intervenisse tu comprobabis ex L. tutores 24. in principio bene sub authoritate publicarum personarum ubi gl. C. de adminis. tuto. notat gl. 1. in L. tutor. qui reportorium ff. eod. L. 15. tt.o 16. p. 6. et cum multis resolvit Bornincus. de tuto. et curato. n.o 58. Vaca. C. 2. de decima tuto. n.o 51. et omnino in proposito vide Dueñas regul. 187. n.o 4. - - - - - - - - - - - - -

Sed ea interpretatio ad d. L. chirographis, non est omnino tuta, cum instrumentum a Notario confectum, si a partibus non fuerit rogatus, non facit fidem ex auth. de tabellio. §. nos autem ubi gl. ex verbo iungantur. docet Bar. hic n.o 8. communiter receptus, unde neque illud inventarium tum etiam in illa L. idem fecisse constat, tutores circa propios debitores, ut ex inventario convenirent eos, et non tamen noscit eorum inventario judicis, et Notarij authoritate confectum: unde tu tentare poteris bene ut constat non agi de instrumento traducto, sed potius mentionem facienti et inducere probationem, non autem facere fidem: inducit autem probationem, quia constat (probationem) imo instrumento in incendio ex usta: quo

casu non est necessarium, neque posibile ostendere instrumentum se probare testibus, et amissionem, et contenta in eis ex l. testium 28. §. fi. C. de testib. et potest induci l. 2. C. de testam. et sic testes, qui deponent de inventario deponant de tenore instrumentorum, quorum bene fuit facta mentio, idem et Notarius, et aplicari poterit hujus constitutionis decisio bene autem est aliter. - - - - -

Ad. l. fina. vel 8.

Rationem hujus constitutionis exposuimus in l. non est novum. S. G. Rem adnotasti ad marginem Senatum indistincte compellere, etiam Reum edere instrumenta instante actore sicque non recipi de q. 5. C. et C. 1. de proba. ex quibus Reus non erat cogendus edere actori sed contrario iure utimur, circa quam laborant hic Bolog. n. 12. qui et alios. colligit ex hoc tex. bene exceptione doli. ut actor teneatur edere q̃i ex editione forsam poterit de dolo convinci hincq. fiet, ut idem dicamus in Reo replicatione ab actore obiecta cum actor in replicatione sit Reus ex l. 1. et 2. versiculo quia replicationes de exceptio. et ex principio inst. eod. et rursus de replicatione: et ita gl. hic ex verbo quod multum et in l. 1. gl. penu. S. eod. communiter utrobique receptus est Bolog. hic n. 47. et docet Bar. per tex. bene. versiculo fi. cum etiam apelatione instrumentorum rationes veniant ex l. 1. de fide instrum. quamvis in modo edendi diferant ex l. 1. §. editiones ff. hoc tt.

cui adde Cuia. lib. 3. observa. C. 7. et melius in proposito lib. 10 C. 14. et sic finitur iste titulus. - - - - - - - -

Ad. tit. C. de in ius uocando.

Non sine maximo Reip. Commodo factum est, ne quis in sua Causa iudex sit L. 1. C. de quis in sua Cau. L. qui iurisdictioni. 10. de iurisdi. omnium iudi. L. 10. tit. 4. p. 3 latissime ornat Berenga. ad L. naturaliter. §. nihil commune. de ad qui. poss. præfact. 3. C. 1. sed pro eo quod cuique debetur iure experiatur iudicio bene instructo quod a uocatione in ius proficiscitur ex §. omnium. inst. de pœna temere litigan. Est autem in ius uocare experiundi tantum conuocare ex L. 1. ff. eod. Ius autem interpretor locum ubi magistratus, aut prætor salua imperij sui maiestate, et saluo more maiorum ius redditur ex L. 11. versiculo s. alia siq. de iust. L. 4. §. 1 de interrogatio. quo fit ut non dicatur in ius uocatus, qui ad inferiorem iudicium uocatur sicque edicti pœna cesabit ex tex. sic intelligendo in L. 3. versiculo siquis ff. ne quis eum qui in ius uoca. est. de Prætore, n. et magistratu non de inferiori judice edictum loquitur ex L. 2. in principio. siquis in ius uoca. non. et L. 1. bene sine permissu prætoris et L. 2. bene sine permi. præsi. in hoc titulo, ita Rectissime interpretati sunt Duare lib. 1. dispu. C. 1. Cuia.

lib. 10. observa. C. 10. quod tamen sensim ad quemcum-
que judicem extensum postea est, ut DD. agnoscunt
et ex d. §. omnium observat Ubesen. lib. 2. ff. tt.º 4. sub. n.º 3.
meminisse tamen opertebit olim in ius vocatum teneri
sequi vocantem nisi satisdaret ex tt.º ita intelligendo
ff. in ius vocati ut eant. Quod si neque satisdare, neq.e
sequeretur vocantem potterat invitus duci, obtortoque
collo, et astrita Cervice in ius trahi quod satis convin-
cimus ex legibus 12. tabu. quarum ex Cicerone, et alijs
statim referendi meminerunt. et constat ex Gelio lib. 13.
noct. athi. C. 13. et Colligitur ex tt.º ff. ne quis eum, qui
in ius vocatus est, et ex L. 4. ad L. Juli. de vi priva. et ex
tex. optimo in L. si vero 5. §. 1. versiculo q̃i sane qui satis-
da. segun. ut rectissime docuerunt Duare. et Cuia. ubi s.
idem Cuia. lib. 7. observa. C. 15. et 16. Govia. lib. 1. varia. lectio.
C. 47. melius Rebar. ad ss. 12. tabu. C. 5. et in L. 108. de
reg. iur. Postell. lib. de reb. athenen. C. 25. fuisse tamen nonul-
las personas, quę nec tenebantur sequi vocantem, et
minus invite in ius poteran duci plane colligitur ex
notissimo illo titulo, qui neque sequantur, neque duc-
antur cuius fit mentio in inscriptione L. solutum
48. de verbor. signif. et est sensus illius, s. eum sed qui
solutus non erat teneri sequi posseque duci: at quis

non diceretur solutus explicat J. C. ut eleganter scripsit Cuia. d. c. 16. et prius Duare. d. c. 17. postea Rebar. d. c. 5. inde etiam elicies veram rationem ad l. plerique 18. et 17. 21. hoc titulo ad l. is. qui 23. de iniur. et ad l. nemo 103. de reg. iur. observ. Cuia. lib. 7. c. 15. latius Rebar. pro tribu. c. 3. ad fi. quarum legum regulam perceperunt DD. cum quibus erat Duenas reg. 288. et hęc quidem de in ius vocando verissimiliora sunt, cum tamen non dicas in ius vocare nihil aliud fuisse, quam invitum quem ducere, et male opinatur Govean. et Postell. ubi s. Equina. Varoind. §. omnium supradicta tamen omnia controvertunt DD. novissime Rober. lib. 3. select. c. 1. Baudius. lib. 2. diversa quęstio c. 26. illud tamen in hac tractatione scire debes multas esse personas, quę in ius vocari non possunt edicti venia non impetrata de quibus in d. §. omnium et in l. 2. et per totum ff. hoc titulo: et in hiis tribus legibus huius ff. et in l. 2. et 3. et sequen. ff.o 2. p. 3. et denique hęę personę quibus reverentia debetur in ius vocari nequeunt ex l. generaliter 13. ff. hoc titulo; et est generalis ratio harum legum huius ff. ut colligitur ex l. 1. et 2. et sic debet intelligi l. fi. arg.to l. 1. versiculo cum filius. et l. libertto. 9. de obseq. ā. liber. prętan. unde consequitur neque in ius vocari possint parentes aut Patroni, etiam consentientes, cum scitum sit iure

reverentię non posse renuntiari ex l. alia. 15. §. eleganter solut. matrimo. quam prętex alios expendit Detius. in l. 2. n. fi. in hoc tto. quę reverentia, et honor naturali ratione debetur ex d. l. 2. et ita eo casu non parcitur imprudentię, aut rusticitati; sicque deduces rationem longe elegantem ad l. adulterium de incestu. 38. §. 1. versiculo fratres, et versiculo fi. de adulterijs: adulterium n. naturali iure prohibitum est ex l. probum. 44. de verbor. Signif. et est ratio ad l. fere. 18. de reg. iur. - - -

Cęterum observabis effectus resultantes ex hac naturali ratione, qua libertus patrono reverentiam exhibere tenetur tanquam de se bene merito ex l. si non sortem §. libertas de condi indebi. l. sed si lege. §. consuluit de petitio. hęredi. ad ius Civile esse referendas; unde fit per deportationem hunc honorem amittere patronen. ex tex. sic intelligendo in l. sed si hac lege. 10. versiculo sed si deportationem ff. hoc titulo constat, n. per deportationem, quę sunt juris Civilis amiti in l. quidam 17. in principio de pęnis. et ita testi factionem ex l. 1. §. in quibus de lega. 3. efficiebantur, n. peregrini deportati id est alterius iuris quam Civitatis ex Ulp. in frag. tto. 10. et ex tex. ita intelligendo in l. 1. C. de hęred. insti. et hoc est ad peregrinitatem redigi in d. §. sed si per deportatio

nem, ut elegantter intter prętantur Rober. lib. 3. Senten. C. 9. Briso. lib. 1. Select. C. 13. Sicque quamvis per eam amitamus, quę iuris Civilis sunt, non autem quę sunt iuris gentium, ut ind. l. quidam, et multo minus quę sunt iuris naturę §. fi. de legiti. agnato. tute. amitimus tamen ius quod propter cognitionem quę iuris est naturę habemus: Sic intelliges §. sed cum hoi. inst. de capi. dimi. Sic etiam filius, qui dum est in potestate patris eum in ius vocare non potest ex l. fi. 7. et l. 5. tt.º 2. p. 3. late tradit Duenas Reg.ª 351. propter illam rationem naturalem quę in patria potestate fundatur ob quam intter eum, et patrem nullum est iudicium nullaque lis ex l. 4. de iudi. quam declarant Cuia. lib. 9. obser. C. 13. Vacon. lib. 1. declara. C. 9. et lib. 4. C. 57. illud denique debes scire citare, et in ius vocare idem esse, ut in praxi cum multis resoluit Ubesen. d. tt.º 4. et imo olim eandem esse citationis significationem, recte conttendit Rober. d. lib. 3. C. 7. Duare. - - - -

Ad celeberrimum titul. C. de pactis Commentarij non negligendi; Authore D. Egidio Ramirez de Arellano et Figueroa An. 1578.: Pro clarissimo Viro D. Liz.to Villares.

Ad Rubricam.

Qua ratione iis ff. superioribus, et sequenti cohereat, ar-
gute explicuit Cuia. lib. 10. observa. C. 30. Sed quando de
pactis futura est dispositio vocabuli significatio aperienda
est, et creditur ex verbo paco, is, deduci, quod signat conve-
nire in L. 12. tabu. unde pacis nomen fluxisse testatur Ulp.
in L. 1. in principio ff. eod. Nonulli autem malunt ex verbo
pago, is. deduci, quod erat firmare iuxta Cicero. Rettori.
ad Here. lib. 2. C. 4. bene rem ubi pagunt, oratione pagunt,
observant multi precipue Cova. lib. 5. Comen. C. 1. n. 8. eleganter
Rober. lib. 2. Senten. C. 19. dum tamen J. C. in d. L. 1. docet
pactum a pactione dici, sic accipiendus est, ut non significet ab
ipso nomine verbali pactionis pactum esse imitum, et factum
non aliter testam. quam a testatione dictum meminit Justi.
in principio de testam. eo quod in eo aliquid testatum relinqua-
tur, probabis ex L. unum. 24. in fi. de testam. eadem ratione
damnum à demptione appelatum, qi non aliter contingat
quam si quid dematur, constituit L. 3. de damno infect.
ergo dictionis vis et significatio ab eo ex quo id, quod significatur

fit, ducitur, et aperitur ut sic videas nequaquam hinc fieri
nec apte colligi generaliorem esse pactionis, quam pacti
significationem, ut opinatus est Duarc. in d. L. 1. et lib. 2 dispu.
C. 8. cuius sententia merito reiecta est, quam vis tacito authore
a Varone. et Cuia. in d. L. 1. et lib. 2. observa. C. 15. Carondas. lib. 1.
verosi. C. 4. Rober. d. C. 19. Hugone. donello. in principio huius ff.
secure docet Vigellius in comen. de pact. C. 1. et convincitur ex
L. iurisgentium 7. §. sed cum nulla iuncto. §. sequen. eod. ubi
promiscua est pacti, et pactionis acceptio: denique efficax est ar-
gumentum ex collatione S.^{us} versiculo est autem ff. hoc titulo
cum L. 3. de pollicita. ubi eadem cum sit utriusque definitio
consequitur et eandem esse utriusque rationem eaden. n. dan
tur quorum eadem definitio est ex Arist. lib. 5. Methaphi.
C. 6. in fi. nec remorabitur si cum Duarc. obijcias inde colligi
contractum cum et duorum sit placitum et consensus pacti
definitioni comprehendi, quod est absurdum, sicque defi-
nitio pacti alij competeret contra L. 1. §. dolum; sed ut hæc
disoluas excutienda est contractus definitio, et vulgo credi-
tur extare apud Ulp. ex haveonis sententia in L. labes.
§. contractum de verbor. signif. ut sit obligatio ultro citroque
sed cum multa obsint, et tunc magis, quod stipulatio sit con-
tractus, et non producat mutuam obligationem, sicuti
nec mutuum depositum, et commodatum, quæ inter con
tractus numerantur in L. ex hoc iure de iusti. in principio

d. L.is iuris gentium et in §. actionum de actio. &. tamen Ala. et Bar. in d. §. contractum. docent in propios contractus, quales illi sunt, bene non comprehendi, nisi suam latam contractus acceptionem; sequuntur bene Alciat. et Rebuf. et ut receptum resoluit Mediis. de definitio. lib. 2. C. 43. cum multis Molineus in Rub. de V. O. n.o 46. Belonus. lib. 2 suputa. C. 2. cum infinitis Riminal. in principio inst. de donatio. n.o 61. 71. et 82. Soto. lib. 6. de iusti. q. 2. art. 1. Quod tamen minime ferendum est, cum constet illas conventiones propie contractus esse, tum etiam quod alis. respicit haveonis definitio unde ea ex verbo (ultro utroque) ad consensum retulit Costanus quæstio iur. C. 8. ut contractus sit obligatio, quæ ex duorum in idem tracta voluntate consistit et ad utrumque refertur. Sed plane obstant adjecta exempla in d. §. contractum quæ quamvis regulam non arcent ex L. regula. 9. §. 1. de iuris et facti. igno. tamen declarant eam ex §. hactenus de gradibus et ita bene evincunt J. C. loqui de illis contractibus ab utraq.e parte obligationem producentibus; quare resolve de illis, tantum intelligendum, quæ synallagmata græce vocantur, et sunt quando mutua, et ab utraque parte est obligatio, quod et ex verbi græcæ compositio exigit, et probat d. L. iuris gentium. in principio versiculo sed etsi, versiculo ultimo: unde mutuum, depositum, et commodatum contractus quidem sunt sed non synallagmatici, et de illis bene non agit J. C. De stipulatione autem ausim afirmare contractum non esse

sed tantum conventionem, sive obligationem, a contractu se paratur expresse in principio d. L.is haveo. et sub actu app.e enumeratur: obligationem autem à contractu separari non est novum ex d. omnem 20. de iudicijs. cui adde Anto. Aug. lib. 4. emenda. C. 17. et argute induces L. 1. versiculo adeo autem hoc titulo ff. ubi à contractu separatur obligatio, et ad obligationem stipulatio refertur: item stipulatio induit, et assumit naturam contractus cui additur L. si estipulatus. 4. de usuris non ergo ipsa per se contractus est, est n. conceptio quedam ex verborum ex L. 5. §. stipulatio de V. O. et à iure Civili inventa ex L. ex hoc iure in fi iuncta. gl. de iusti. docent omnes in Rub. de V. O. latissime probat Vaconius lib. 5. declara. C. 68. Cum tamen omnes alij contractus et conventiones iurigentium ascribantur ex d. L. ex hoc iure. et d. L. iurisgentium in principio quod si alicubi contractus dr, id ratione adiuncti interpretabor: ut cumq.e autem sit, constat haveonis definitionem non esse temere trahendam, nec accipiendam; illud tamen constat quemcumque contractum conventionem esse consensu firmatam ex d. §. conventionis, idque commune esse cum pacto, nemo negaverit: et sic urget Duare. argumentatio. Ceterum observabis pactum in genere, et in specie posse

considerari, non minus quam adoptio consideratur in L. 1. de adoptio. in §. 1. inst. eod. Prout genus est, et conventionem hét, sine dubio cum contractibus, et alijs conventionibus communionem hét, ut in d. §. conventionis, ubi et in L. Conventionum, et in L. legitima. et in L. iuris gentium usque ad §. sed cum nulla de pactis agitur de pacto prout cum alijs conventionibus affine est, ut recte dixerit Contius. lib. 1. disputa. C. 17. imo cuicumque contractui pactum inest ex tex. sic intelligendo suam literam afirmativam in L. an inutilis. 8. de aceptilatio. quam agnoscit Antto. August. lib. 1. emenda. C. 2. &. satis probat d. §. conventionis: et tu elegantter induces L. si duo 72. pro socio. ubi societas, quę contractus est pactum conventum apelatur ea ratione, sed q̃l pacto fuit inita. et expendo celebrem locum Arist. a nemine relatum lib. 1. retoricorum ad Theodectem. C. 15. dum subdit prętereа com mutatione rerum ultro, citroq̃ sitr̃, quę voluntaria sunt pactis ut plurimum facimus; sic etiam pactionem obscuram, vel ambiguam venditioni, aut locationi adijectam contra locatorem, et venditorem interprętandam docet L. veteribus 40 de pactis quam prętex relatos ab Alfan. Collect. 248. elegantter explicat Duare. in comenta. de pactis. fol. 36. fornel. lib. 2. selectio. C. 13. novissime Campanus, in L. contractus n. 91. de reg. iur. Nec

n. ea ratione novum est ut idem et pactum et contractus dicatur ut colliges ex collatione l.is 3. C. de actio. empti. et l.is contractus C. de fide instrum. ut cum iudicio in alio proposito notavit Cuia. lib. 11. obser. C. 17. et hæc quidem quando pactum in genere accipimus: verum quando in specie consideramus prout nihil aliud hēt (quæ datione, vel facto) quam nudum placitum, et nudum consensum nomine, et causa carentem, prout in d. l. iuris gentium. versiculo igitur nuda in multis a contractu separatur, cum contractus nomen habeat, aut si nomine careat causam habet, quæ datione, vel facto sumpsit effectum, ut do, et des, do, ut facias. ex quibus nascitur actio d. l. iuris gentium in principio quod contra est, in pacto ex d. versiculo igitur nuda. præter alios notat Cuia. in l. 1. hoc titulo, et lib. 2. obser. C. 15.: Et pactum in specie sumptum in eo a pollicitatione differt, quod pactum conventio sit duorum; Pollicitatio autem non sit conventio §3. a principio sed tantum offerentis promissio, ut merito eam appeles dimidium pactum; conventio, n. unius consensu fieri nequit ex d. §. conventionis, et ita plane procedit l. pactum de policitatio.: et hæc est vera dr̃ia, inanis autem et vana eorum est, qui dicunt policitationem pōnti pactum, vero et pōnti, et absenti fieri cum per epistolam

fiat, in l. 2. de pactis, quod secus est in pollicitatione per tex, quem ita bene intelligunt Bar. et omnes in l. Chalidemus. 3. de pollicita, et post Crotum. in rub. de V. O. lectu. 2. n. 10. secure resoluit Vaconius lib. 5. declara. C. 65. n. 3. sed sane ea sententia probanda non est, nec ullibi probatur presenti non polliceri: imo contrarium facile colliges ex l. 1. et per totum de pollicita. et ex tit. C. de dotis promissio, et nuda pollicita: quare dicta l. Chalidemus, plane procedit, qui constat pollicitationem inefficacem esse, quam nisi reipublicæ fiat nisi ex iusta Causa facta sit l. 1. §. non semper de pollicita. l. hoc iure. 19. in principio de donatio. Nec ad rem facit quod epistola solet obligare, l. Si quis. 27. in principio mandati. l. qui tabernam. 34. §. 1. de pignori. cum soleat contractus per epistolam celebrari. l. 2. de pactis. l. 2. de actio, et obliga. nam illud est, cum subest Causa et scribentes hoc agunt, ut contrahant ex l. 3. in fi. de actio. ita eleganter Moline. ad rub. de V. O. n. 8. a quo habuit Cona. lib. 5. C. 8. n. 4. Nec, n. plus debet efficere epistola quam promissio presenti facta ex d. iuribus: at si pollicitatio sine Causa etiam reipublicæ facta non valet, quamvis coram republica; ergo neque si intercedat epistola, latissime defendit Camillus Plautius. lib. 7. de V. O. C. 11. n. 7. quamvis vehementer variet Ubertinus hic n. 68. quibus adde quæ de Epistola tradit Cuia. ad Africa. tit. 8. pag. 91.

ad interpretationem L. qui negotia. 34. mandati. Denique pactum in specie sumptum ab stipulatione differt si interpretes audias, quod pactum quibuscumque ex verbis fiat stipulatio, vero non nisi per solemnem ex verborum conceptionem media interrogatione, vel responsione ex §. 1. de V. O. L. 5. §. stipulatio. eod. quæ quæ dicta refelli videtur ex d. L. iuris gentium §. quod fere. ubi pactum per interrogationem et responsionem contrahi probatur quod advertisse videtur Vaconius. d. C. 65. n. 4. Consensus ergo non ex verborum ratio habenda est ex d. §. quod fere, quamvis in dubio stipulationem interpretemur: at in multis stipulatio, et pactum diferunt quoad Civiles effectus, qi in stipulationibus ius continetur, in pactis factum tantum versatur ex L. si unus C. 27. §. pactus ne peteret, hoc tt.o que exba cum varie accipiantur, ut videbis apud Riminal. et Volocnet. bene expeditam, tamen videntur habere expositionem, ut stipulatio quæ à iure Civili approbatur, est conventio efficax ad constituendam obligationem et inducendam liberationem ipso iure, hoc est iure Civili tollat priorem stipulationem. ita illa exba (ipso iure) explicat Duaren. in l. in actio. n. 15. D. de in lit. iurando. Covar. Reg.e Postestor. 2.e §. 6. ex n. 6. v. addic. tos. ad d. §. pactus. in L. servitutes 3. n. 26. de servitu: at pac- pactum cum iure Civili non sit approbatum non potest ipso

l. de constitut. insti. de actio.

iure obligationem perimere, ut eleganter explicat Briso. lib. 3. de Solutionibus in principio. - - - - - - -

Ad. L. 1.m

Huius legis explicatio non est in facili, et preter alia ex iuris propijs constituendum uidebatur, pactionem contractam de fidei comisso sub hac conditione relicto, filio postea nato fidei commissumque repetenti minime obstituram, siquidem ut illud quod notum est non negemus, conditio si sine liberis in numero multitudinis concepta uno filio superstite relicto deficit, cessatque restitutio ex L. Pater Severinam 100. §. 1. de conditio. et demons. L. non est sine liberis. 148. de Verbor. Significat. quam explicat Costa in C. si pater 2. p. versiculo si absque liberis ex n.o 21. et idem esset nepote ex filia relicto ex L. 1. C. de conditio. insertis, quam debuit citare Nicolaus Valla idem docens de reb. dubijs tit.is 14. n.o 2. ergo consequens fit filium istum conditioni obfuisse, et tamen admiti solet liberos in conditione positos uocatos uideri ad fidei commissum, vel hereditatem ex judicio testatoris, ex L. Lucius. 85. versiculo ult.o de heredi. insti. quam in id induxit Forcatu. in nicioma. dialog. 50 sumendaque uidetur pietatis ratio, et interpretatio de qua in L. cum auuus. 101. de conditio. et demons. L. cum auctissimi. 30. C. de fideico. nemoque erit qui non intelligat eam fuisse testantis uoluntatem, ut instituti liberos uocare uoluerit, eosque in conditione posuisse

celerioris locationis gratia: denique urgere videtur L. inter Socerum. 26. §. cum inter de pact. dotali. quem tex. pro hac Sententia expressum opinatur Corra. lib. 2. miscell. C. 19. quibus et alijs arg.tis hanc Sententiam tenuerunt Odofre. Albe. n.3. Salicet. et alij in L. 1. C. de conditio. inser. cum quibus et alijs communem resolvunt relati a Costa. ubi s. et statim referendi: si ergo filius iste vocatus est, ad fidei commissum, iure potuit revocare a Patre alienata in fidei commissi diminutione ex L. ult. §. penu. cum auth. res quę. C. communia de lega. quod videtur efficax argumentum, indeque sumendam esse rationem dubitandi in hac L. contendit Cona. lib. 5. C. 5. n.7. Cęterum defendendum est in ea Conditione positos liberos non videri ad fidei commissum vocari ex judicio testaris, sed tantum substituto prę ferri; atque huius sententię iustas, ac graves Causas mihi videor habere, et considero id fuisse eo casu testantis judicium, ut voluerit quidem liberos potius habere hęreditatem, quam substitutum, institutum autem, magisque liberos sunt in siti. Scriptum est à Justi. in principio, versiculo in suma inst. de donatio. cui ade Anto. Aug. lib. 1. emenda. C. 8. Nec ideo efficitur videri fidei commissum filijs datum: pro qua sententia

expendi solett. L. ex facto. 17. §. ex facto. ad Trebell. ubi inter fiscum, et fidei comissarium contentio est; et tamen si ob subceptos (non deficiat, et ita restitutio fiat fidei Comissario, qui poterit dicere se ante pœnam fuisse) ante deportationem liberos ea conditio defecerit probat J.C. fiscum non teneri ad restitutionem, quod non ita esset, si filij censerentur vocati cum tamen propter postea subceptos non deficiat, et ita restitutio fiat fidei Comissario, qui poterit dicere se ante pœnam fuisse ex L. Statius. florus. 48. §. Cornelio felici. de iure fisci. facitque pro ead. sententia L. filius familias 117. §. cum quis de lega. 1. et admissum est. personam in quam conditio, confertur vocatam non videri ex testi. L. Siquis 8. adiuncta L. 1. Siquis omiss. Cau. L. ex facto. 19. de hered. inst. non magis quam res videtur legatta, quæ in conditione est, L. 1. §. item, si itta scriptum versiculo ult. ad L. falcid. et si mature consideres, videbis in infinitis prope iuris civilis locis propter liberorum subceptionem eam conditionem defuere. in nullo autem liberos vocari nisi præ instituto. sine testo defuncto, et tunc ad excludendum substitutum ex tex. a paucis expenso, in L. generaliter, bene nisi testamentum non fecerit. cum §. 1. C. de institu.

quem tex. debuisset citare Acc. ingl. ult. d. L. lutius
et qui eam recte declarat Costa in d. versiculo, si absque
liberis n. 54. Nec illa conditio si sine liberis aliud in-
ducit, quam restitutionem cessare in casu contrario
sed liberis relictis ex tex. sic consideratto in d. L. inter
socerum §. cum inter de pact. dota. quamvis non di
fitear potuisse quidem, testatorem, verosi militer cogi
tare institutum patrem non futurum adeo inofficiosum
erga liberos, ut a bonorum successione alienis heredibus
vocatis propios filios repelleret propter vehemens illud
et naturæ et parentum commune votum de quo in L.
scripto. unde liberi. et magis stringit L. Gallus. in principio
cum §. in omnibus D. de lib. et post. l. si quis cum 16. §. 1. in fi.
D. de vulgar. rem ex illis verbis, si me vivo filius meus mo
riatur eorum. non censetur filius institutus: quæ jura
inducunt plures, et præcipue Cuia. in principio. L. Gallus
et in L. lutius. 85. D. de hæred. instit. et consultat. 35. et 31.
quibus institur ex alijs respondere Jph. de Rusticis lib. 1.
de quest. an liberi positi in conditione C. j. 1. et 2. parte
et vide hoc ipsum proba. Symo. de pact. de coniect. lib. 3.
tt. 97. denique pro hac sententia considero in conditio
nalibus conditionem pro causa esse L. a. Titio. 108. de V. O.

et constat Causam legandi, aut instituendi, et fidei comitendi non cohærere institutioni, aut fidei commisso L. cum tale 72. §. falsam de conditio. et demons. ergo liberi in ea conditione positi causa sunt restitutionis, vel restitutionis et sic non cohærent fidei commisso igitur vocati non videntur: et itta hanc sententiam videtur docuisse gl. ultima in d. L. lutius. quam in id. bene expendunt Bar. Bal. Ang. et alij, quamuis illa gl. id non probet, probasse attem videtur in d. §. ex facto ex verbo defecisset. bene et itta, nec ipsi habent. probat Bar. in L. si cum dotem. n. 10. solut. matri. et cum infinitis veriorem, et magis receptam sententiam profitentur hic Alex. Jas. Decus. n. 15. Bolog. 46. et alij copiose Portius lib. 2. regularum Conclus.° 12. et cum Coua. Gomez. et infinitis resoluit Menesses in L. cum acutissimi ex n. 46. C. de fidei Commiss. multos refert Costa. in §. et quid si tantum 1. p. n. 27. et ind. C. si pater ex verbo si absque liberis n. 54. Marcalius. de fideicom. 1. p. q. 20. apud quos, et alios videbis etiam contrariam sententiam communem apellatam nostram tamen veriorem et longe magis receptam esse eam quam magis probat. Lod molina lib. 1. de primogen. C. 6. n. 1. et 3. et ducant hic DD. plus minus qui hanc quam

receptiorem, et veriorem contendunt. Refert Joseph. S. C. 1. ipse quem vide et Mantica. lib. 11. tit. 2.: Unde fit gravatum restituere si sine liberis illis susceptis de re fidei comissaria libere posse disponere. filijs non obstantibus, ut qui vocati non fuerint: pro qua sententia induci solet praeter S. dicta L. filius familias. 117. §. cum quis de lega. 1. et l. 1. C. de conditio. inser. et docet Bar. in d. L. si cum dotem. n. 10 repetit Cons. 130. lib. 1. Alex. cons. n. 5. lib. 2. et neminem referentes Detuy. hic n. 13. Bologne. 46. novissime autem et eleganter probat Pretis. cons. 90. n. 15. et 16. et cons. 141. n. 8. et hanc esse communem oppositionem et in casu practico servari ex Ant. Gomez. lib. 1. var. C. 5. n. 21. et ex multis probat idem Sym. de Pren. lib. 3. de interpretat. Reti. volun. solu. 2 fol. 97. n. 10 et 11. et non esse in iudicando et consulendo recedendum ab hac opinione agnoscit Joseph de ictu an liberi. in cond. positi in principio n. 2. in fin. ergo in hujus L. specie non est cur filius contendat Patrem non potuisse fidei commissum sit remissum cum consensu illius, qui ex iuditio testoris ad fidei commissum erat vocatus, et haec est verissima hujus L. ratio Neque obstat d. L. lutius versiculo ultimo siquidem verba tantum inferunt liberis relictis ab intestato: sique la penultima cita antes de ergo = itaque in specie S. L. lutius. liberis illi in condit. positi subcadunt patruo non ut testamentarij sed ut legitimi heredes ab intestato ex. L. siquis ita heres 82. co.

vb. Cuiat. d. L. lutius. et in consull.e 31. et 35. alira Joseph. de Rus
tiis lib. 1. c. 2. 2p.o tract. an liberi in cond.e positi ex. n.o 16. cum
sequen. Mantica. lib. ij. de coniectur. vg. 2. n.o 12 et 13. et latis-
sime, et nov. interpretat. Symon. de Pretis lib. 3. de interpretatione
ulli uollunt Solu.e 2. p. 97. col. 1. ex n.o 4.: sigue lo raiado ultimo
substitutos excludi ex testatoris iuditio, quasi dicat J.C. non
esse simul admitendos, substitutos, et liberos cum non in primum
gradum, sed in secundum iuderentur substituti. ex Siti, de quo in d.
cum in testo. 37. de hered. insti. et hoc quidem ab intestato, ut veris-
sime nottauit bene Acc. et nos S. probauimus, et consen-
tiunt omnes ex Menoch. Cons. 95. n.o 22. lib. 1. nam cum
condittio sub qua substituti serui erant, defecerit, con-
sequens est non admitti, et sic non mirum si preferan-
tur illis ipsi liberi, qui ab intestato erant admitendi, et
qui ex iudicio testoris substitutos excluderent: imo si
consideres in illius L. speciem fidei commissi non habebit
locum cum proponatur institutum antae additionem here
ditatis decisisse, et constat fidei commissa non deberi, non
aditta hereditate ex L. ille a quo 13. §. 1. in fi. L. ita tamen
27. §. Marcell. versiculo qui rogatus, ad Trebell. neque
directa substitutio ex coniecturis inducitur ex L. iubemus
29. C. de testam. L. ex facto. 19. de hered. insti. ut cum Soci
in d. L. cum accub. n.o 113. subtiliter argumentatur Costa
in d. versiculo si absque liberis n.o 54. Ceterum adhuc

uidetur saltem urgere pro filio Philini. de quo hic, a
liberis decisio L. si unquam. C. de reuocan. donatio inter
quam, et L. si totas. C. de in offis donatio. quibus conuenit
L. 8. tto. 4. p. 5. illud inter esse Reuptum est, quod si dona-
tio fiat, extraneo Reuocabitur in totum ex d. L. si unquam
sin autem fiat alicui ex filiis. vel nepotibus non in totum
sed pro modo legitimæ Reuocabitur ex d. L. si totas. et si L.
si matter. et L. si liqueat. C. de inoffis donatio L. Titia. 89.
§. imperator. ubi Bar. et Repetentes de Lega. 2. quibus adde
Cona. lib. 5. C. 10. n. 3. Moline. tit. de donatio. factis in ma-
tri. ex n. 31. et in tit. de inoffo testo. n. 14. 15. et 44. et per
totum. Cona. lib. 1. ~~C. 10. n. 8.~~ varia. C. 19. melius Costa. in
C. si pater 3. p. versiculo privari non possit ex n. 21. et
Ratio est quod non sit verosimilem patrem cogitasse de
liberis, cum donationem fecit, non facturus si cogitasset
de illis ex Ratione L. cum avus. 101. de conditio, et demons.
et L. cum acutissime 30. C. de fidei comm.: et tu in
ducere poteris L. tale pactum 41. §. fi. bene et illo tempore
hoc titulo; idque tam filiorum quam Parentum gratia
inductum esse, plane contenderim argumto L. generaliter
in principio bene tam Parentibus quam liberis gratam. C.
de institu. Sicque dixerim defendendum esse illius L. bene-
fitio Renuntiari non posse saltem in præiudicium filiorum

ut ex vi Patternę Renuntianis excludantur: efficietur tamen
ut Renuntiationis ratione non audiatur ipse donator, si
revocare contenderit, ex l. perfecta donatio. C. de donatio.
quę sub modo, et qi iuri prose introducto potuit Renuntia-
re ex l. penu. in hoc titulo, et l. penu. C. de episco. et Cleri.
Constat, n. nonnullis contra sentientibus prem eo casu contra
donationem a se factam audiendum esse ex d. l. si unquam
bene in dictione donatoris, et expresse ex d. l. si totas, bene
ad Patrimonium tuum revertitur: et esse verissimam, et
receptam interpretationem profitetur, Costa d. n. 21.
imo verius, et receptius videtur illius l. benefitio non
posse Renuntiari, ut secure docet Moline. d. Dn. de dona-
tio. n. 34. et nervose defendit Cornu. lib. 2. indaga. C.
26. quę sententia verissima est, sm a nobis probatam
distinctionem, quamvis Renuntiationem saltem expres-
sam, illud beneficium excludere magis probet Ripa. lib. 3.
responsorum ad d. l. q. 52. n. 118. et Tiraq. in principio re
petitionis illius l. ex n. 100. et 108: sed ut cumque sit ar-
gumentum videtur urgere contra huius l. decisionem
quod tamen facile dilues, si probes quorundam senten-
tiam docentium, d. l. si unquam strictissime esse
accipiendam in casu de quo loquitur, ut sed donatio
ita demum filiorum nativitate revocetur, si libertis a

Patrono fuerit facta, non si extraneo q̃i sic maior sit
reuocandi Causa in libertis, quos constat obsequia, ope-
ras, et alimenta Patronis, et eorum filijs debere, et in eo-
rum bona Successionem Patronis defferri iuxta ea, quę
uidebis in tt.o ff. de obsequiis et in L. filius. de iure. pa-
trona. L. ut iuris iurandi. 7. §. si liberi L. cum Patronus.
22. § cum libertus, de operis liberto. L. si libertus. 23. §.
si libertus. de bonis liberto. et ex titulo inst. de Sucessio. li-
berto. et ita tentasse uidetur Act. quam uis non prę-
stiterit in Sententia ad d. L. si umquam ex bo quicquid
et multas Rationes pro ea congessit Tiraq. in Repetit.e d. L.is
si umquam ex verbo libertis; constanter defendit Cona.
lib. 5. C. 10. n. 3. efficaciter Valla. lib. de Reb. dubijs tt.us 2. n. 18.
sed eorum Senttentiam deliriam et insanam esse, nemi-
nem Referens testatur Molinc. ubi s. n. 30. et 31. contin-
gentia, n. facti in patrono fuit, ne ideo decissio Restrin-
genda erit prę cipue ubi eadem, et maior Ratio versatur
ex L. illud. ad L. Aqui. quin imo ampliari videtur
illud ius in persona libertorum q̃i uidebatur minor Ratio
Reuocandi esse, cum et de familia donatoris libertti di-
cantur ex L. ult. C. de Verbor. Signif. et qui tenentur, et
et Patronum ejusque liberos alere, alias in Seruitutem Re
uocantur ex L. si quis a liberis. 5. §. solet. versiculo utrum

autem, adiuncta. L. alimenta de libe. agnos. et si cum iudicio aduertas, videbis eam ipsam decissionem 130 annos ante d. L. tale pactum 41. § ultimo hoc titulo aduertit Rete ex historicis Moline. ubi s. n. 60. et 61. et generaliter illius L. decissio accepta est in quocumque donatore ex d. L. 8. titulo 4. p. 5. et est concors omnium sententia ex Tiraq. ubi s. Coua. d. C. 19. latissime Portius lib. 1. Regula concl. 35. et infinitos refert Alfa. collect. 264. latissime Volocnet, et alij in presenti et generaliter accipit Iacobus Bonius. C. 13. enigma. et saltem ex eadem Equitate, quamuis non ex ui illius decissionis idem agnoscunt Coua. et Valla s. quare alia solutio querenda est, et tamen secure docebis d. L. si umquam nihil obstare cum de donatione, et sic de contractu gratuito, et qui tam in initio quam postea amera donatoris liberalitate profectus fuit: ideo non mirum si ex presumpta, et verosimili donantis uoluntate ut potte consensu a principio deficiente reuocetur: at nostra L. plane procedit in pacto non gratuito sed potius respectiuo ex quo resultat contractus inominatus, do, ut facias, et si primum attendas utriusque paciscentium commodum equaliter in conuersatur propter incertum conditionis; et ita colligitur ex Bal. et Butigella. hic n. 29. Volocnet. 35. = Eadem interpretatione

videbis ineptte facere, qui in contrarium inducunt iuris principium de quo in L. iuris gentium §. Sed cum nulla hoc titulo et in L. legem in hoc titulo cum pactum de quo hic cohæreat contractui in nomin atto neque ullum est argumentum quod adducit Ac. hic cum quo Bar. et interpretes, quod repeti soleat, quod ob Causam datur, si Causa non fuerit sequuta ex L. 2. C. de condi. ob. Cau. L. 1. et per totam de condict. causa data: atque in casu huius tex. propter defectum filiorum datum fuerit nato isto filio defectus ille videtur cessasse atque ita Causa deducitur ad non Causam argto. in Siti. de quo in L. 2. de condict. sine Causa. L. eleganter 23. §. 1. versiculo dolo de condict. indebi: Sed redere debes sextantem datum quidem fuisse ob remissionem speciei fidei commissi, quam constat factam, et sequutam fuisse non autem propter defectum filiorum - - -

(In tex. bene conditionis) id est dispositionis si fidei commissi conditionalis uti post DD. hic expendit Costa. lib. 1. Select. C. 14. nº. 2. et de hiis conditionalibus dispositionibus pulchre disputat Sarmi. lib. 2. Select. C. 1. 2. et 3. Sed cum hic videamus fidei commissum conditione pendenti remitti pactumque valere vehementer urgent notis-

sima juris principia de quibus in L. sed si alio 9.
versiculo ultimo adiuncta L. sequen. ad Trebell. et con-
stat hereditatem pendente conditione frustra repudia-
ri ex L. is, qui heres 13. de adqui. heredi. cum tunc
possit repudiari cum est delata non autem ante ex L.
delata 151. de Verbor. Signif. L. 1. §. decretalis de Succes.
edicto. cui adde Alfa. collect. 535. et is possit repudiare
qui et adire ex L. is potest de adqui. heredi. L. qui
possit. 174. §. 1. de reg. jur. in conditionalibus, n. exitum
conditionis expectamus, ut debeatur id, quod relinqui-
tur L. cedere diem 223. versiculo ubi autem sub condi-
tione de Verbor. Signif. et hac ratione legatum non potest
repudiari, si pendeat adhuc conditio ex L. si ita scriptum
46. §. sed si sub conditione de Lega. 2. qi interim lega-
tarius nullam habet actionem ex L. legata. 42. de condi-
tio. et demons. L. 11 cui 41. de actio. L. qui in fraudem
27. qui et aquibus, que duo iura explicat Cuia. ad
Afri. tit. 8. pagina 115. et est optima L. 2. bene post exi-
tum eorum, C. de his que sub modo. cui ade Cuia. lib.
14. obser. C. 25. et faciunt L. si postea. versiculo sed si
sub conditione quando dies legati cedat, L. uni. §. sint
autem sub conditione. C. de Cadu. tollen. propter

quas rationes hęc quęstio varie agitata est. Tu vero secure resolue multis contradicentibus relicta sub conditione repudiari non posse antte conditionis exitum, rectissime autem de his pascisci, nam qui repudiat, dicit, se nolle rem delatam ad se pertinere, qui paciscitur, non petiturum, quamuis res postea cęperit deberi conditione adueniente, prius illud repudiatione efici non potest, cum per rerum naturam non liceat remitere obligationem, quę non est, nec repellere quod nos est delatum: pro quo inducis tex. elegantem pessime tamen intellectum in L. nam si sub conditione 5. versiculo post defectum bene qi nullus est, de iniusto. ubi non rumpitur primus gradus institutionis non qi invalidus, et inefficax fuit, ut inter prętes opinantur; sed qi nati uitate posthumi evanuit, et desijt esse, et sic qi non est: constat autem quod non est rumpi non posse ex L. decem. de V. O. et est tex. optimus in L. Modestinus 76. bene qi nulla est de solutio. quam rationem satis expressit J. C. in d. L. si ita scriptum §. si sub conditione: quod tamen pacto efici potest, ut sed ejus vi repellatur paciscens, a fidei commissi petitione nam tantum remititur species illa debitum iri per illud pactum, et notum est spem posse donari in L. spem C. de donatio. et etiam vendi. ex L. si iactum retis. de actio. empti-

potestque quis paciscendo conditionem suam, et spem
futurę perceptionis deteriorem facere ex L. iuris gentium
7. §. si paciscar. L. pactum 47. de pact.: et fortiter poteris
inducere L. denique 3. §. si quid minori. bene propter
speciem legati. de minori. ubi pro constanti habetur, pac-
tum valuisse, dari autem restitutionem, si minor lędatur
et est tex. quasi expressus in L. et hęredi. 22. §. ultimo
versiculo ultimo hoc titulo: et hoc est quod dicitur hic
conditionis incertum, id est spem ut hęc xba pręter alios
declarat Forcatu. dialog. 51. et itta debes intelligere tex.
nostram sententiam probantem in L. cum proponas
16. in hoc titulo, et L. de fidei commisso. 11. C. de transactio.
ubi reditur actio transactionis tuendę, et idem colliges
ex L. qui Romę. 122. §. ultimo bene quasi de hoc etiam
videatur transactum de V. O. atque itta resolves pacto
remitti fidei commissum conditionale, quoad speciem fu-
turi juris: non autem quod ipsum fidei commissum iam
nunc et in pręsens tempus remitatur cum id fieri ne-
queat, cum non sit, ut ex suis dictis colligitur; aqua
nostra sententia non multum discrepat Bal. n. 6. Uberti.
110. et Donell. hic Briso. lib. 3. de Solutio. in principio
pag. 298. Neque obstabunt d. L. is qui hęres. bene nihil
agit et d. L. sed si alio in fi. nam debes intelligere ade-

deundo, vel repudiando siquidem, nec est quod adeat nec quod repudiet; imo pendente conditione restituendo non transfert actiones in fidei commissarium ex d. l. sed si ante, to. ad Trebell. sed tantum commodum et utilitatem ex tex. sic communiter intellecto, ut bene resoluit Menesius n. 46. in l. post mortem C. de fidei com. sin quam verissimam resolutionem videbis non esse absolute verum, quod nonulli opinantur fidei commissum conditionale pacto remiti non posse, et magis intelliges quod hic docet Acc. sequutus a Bar. n. 13. et alijs repetentibus, et in d. l. si ita scriptum §. si sub conditione tradunt Bar. et alij in d. l. is qui heres. idem Bar. in l. si constante. n. 53. solut. matri. ubi Ripa. n. 92. dicit communem sententiam aflictis decissio. Neapo. 381. n. 5. et pro regula tradit Dueñas reg. 338. et 339. - - - - -

Ex quibus denique intelliges l. 1. §. quod ait Pretor versiculo quod ait. quorum legatorum, quam hic obijcit Acc. cui non potest, satisfacere in versiculo 2. obstat: tu vero dic bene tantum constitui voluntatem acomodatam legatario ab scripto herede ante aditam hereditatem non nocere ei, quominus interdictum locum habere possit, qi fuit data licentia possidendi tanquam de presenti ius competeret, et constat heredem non dici ante hereditatis aditionem ex l. cum hered. in principio bene adita hereditate de acqui. poss. et inducitur l. 3.

versiculo si quis heredi. de statu liberis. quam in id no-
tant Bar. et Jas. in L. 1. si quis cautio. et ex alijs iuri
bus Bello. lib. 4. suputa. C. 15. nº. 7. et 8. unde dem est eo
casu non esse acommodatam heredis voluntatem, quod
omnino requiritur ex l. 1. illius ff. - - - - - - - -

Ad L. 2.m

Elegantissima est hujus L. sententia, quam ad iuvabis ex
Cona. lib. 5. C. 4. nº. 3. Cuia. lib. 2. obser. C. 30. Prenotasse autem
oportebit hereditatem cuius extat definitio in L. nihil. 24.
de V. S. L. 62. de reg. iur. vendi posse ubi fuerit edita ex
ff. C. et ff. de heredi. vendi. qua venditione efficitur, ut emp-
tor debita hereditaria teneatur agnoscere ex L. 2. §. non
solum versiculo sicuti et §. fi. de heredi. vendi. hereditas. n.
nomen iuris est continens commoda, et incommoda, L.
hereditatis 117. de V. S. L. 1. et 3. in principio de bonorum
posse. quam explicat Cuia. lib. 4. obser. C. 17. novissime
Picina in disputat.e ad statuta feminas excludentia
nº. 145. et hoc est quod dici solet, hereditatem nos eri alieno
obligare: L. more. 8. de acqui. heredi. Ceterum quamvis emp-
tores teneantur onera exsoluere, non tamen contra eos
possunt creditores actiones suas movere ex L. 2. C. de heredi.
vendi. sed potius contra heredem venditorem qui refert
et representat personam defuncti, creditoribusque heredi

dittarijs adere tenetur ex L. pro hereditarijs L. fi. C. de
heredita. actio. cum quibus adeundo contraxisse intelligi
tur ex d. L. more. et ex L. apud Julianum §. ultimo in fi.
quibus ex cau. in possessionem, nec vendendo hereditatem
onus hoc potuit excutere, aut reijcere in emptorem
qi cum semel heres extiterit semper erit heres, L. ei
qui soluendo. 88. de heredi. instituen. L. et si sine dolo. 8.
§. Sed quod Papinian. versiculo ultimo de minori de cuius
lectione lege govea. lib. 2. varia. C. 13. et induces §. restituta.
de fidei com. heredita. unde adhuc tenebitur creditoribus
ipse heres, quod mani feste probat tex. sumpto argto,
ab speciali in L. 1. C. de heredita. vendi. quam in id no-
tat Alciat. hic nº 6. Costa. in C. si Pater. 3. p. versiculo
ipsis Pauperibus nº 12. nihil obstante pactione inita in-
ter heredem et emptores ex L. debitorum 25. cum L. se
quen. in hoc titulo: Sed hec omnia inter pretationem acci-
piunt ex nro tex. nisi creditores moverint actiones suas
contra emptores, qui sponte judicium suscipiant, quo
casu si consilium mutent, et conveniant heredem,
ipse heres defendetur exceptione facti pacti, quasi vi-
deantur a principio Creditores, et emptores, cum vo-
luisse liberare: verum obstat, quod nullum hic videatur

intervenisse pactum, cum non videamus, consensum et placitum, duorum, plurium ve in idem ex L. 1. in principio de pact. et L. 3. de pollicita. neque inter absentes aliter convenitur, quam per epistolam, vel nuntium L. 2. de actio et obliga. L. 2. de pact.: imo quamvis pactum interpretemur inter creditores, et emptores. non ideo proderit heredi cum constet alterum alteri non posse cavere paciscendo L. quo tutela 73. §. ultimo de Reg. iur. L. si actionem 24. cum sequen. in hoc titulo; neque alter alteri parat exceptionem nisi filius, aut servus sit ex §. hiis; itaque per quas perso. L. 1. C. eod. et notatur in L. ea que civiliter ubi bonus tex. de acqui. rerum domi. et in specie notavit Duare. in L. 1. §. ex his, igitur de V. O. inventte, n. sunt obligationes, ut unus quisque sibi acquirat L. stipulatio ista. 38. §. alteri de V. O. que est ratio §. alteri de inutili. et L. multum. C. si quis alteri vel sibi; quam rationem preter alios in pacto considerarunt Rebar. in d. §. ultimo Hotom. lib. singu. dispu. C. de pact. pag. 129. Briso. de solutio. lib. 3. versiculo sibi autem pag. 304. Sed ut hec disoluas scire debes illud primum in pactis expressis admitti, non vero in tacitis et a lege inductis ex presumpta paciscentium voluntate ut in L. 2. et 4. de pact. et in L. si creditores in hoc titulo

ubi juris authores pactum tacitum inter prętantur, taci
tum autem ideo appelatur, quia a lege inducitur, ut plane
etiam videbis in infinitis iuris Civilis locis inter quos insi-
gnior est, hujus tex. locus, quem obiter inter alia exem-
pla retullit Hotom. 5. pag. 126. elegantius Vigerius in
Commenta. de pact. C. 2. divisio 7. et traditum est efec-
tus beneficij a lege introducti absentibus, et ignorantibus
aplicari ex nostro tex. menti tenendo ad hoc Sm. Bar.
lectio. 1. in fi. receptum ab alijs, hic et communem agnos-
cit Jas. in L. si constante n. 190. Solut. matri. late pro-
bat Aymon. in Rub. n. 77. de Lega. 1. et in bono proposito
meminit Pinell. in L. 1. 1. p. n. 35. et 36. C. de bonor. mater.
Verum dispiciamus; oportet unde in specie hujus tex.
iuris prudentes eliciant voluntatem emptorum et
creditorum hęreditatis, siquidem debes observare nihil
a lege induci in his actibus, nisi ex verosimili et prę sumpta
aliqua voluntate ex tex. sic intelligendo, in L. obligationes
26. de actio, et obliga. et ut dicamus pactum hoc cum ven-
dittore factum fuisse nulla ratio permitit ut ostendunt
Donell. et Detus. hic n. 7. contra Acc. hic: est ergo mani-
festum emptores eo animo suscepisse iudicium, ut aliquem
liberarent, igitur vel se, vel vendittorem. Se non potuerunt
cum non tenerentur vendittoribus ex d. L. 2. C. de hęredi.

vendi. et ita uis sunt agere, ne à venditore aliquid pete-
retur cum sua interesset venditorem liberari, cum ipsi
teneantur, iudicatum, et expensum venditori soluere ex
d. L. 2. in principio et ex L. 2. §. ultimo de hæredi. vendi.
L. hæreditatem 28. de donatio. - - - - - - - - -

Creditorum autem uoluntatem ex eo non iniquis
rationibus colligimus, quod agant cum eis, quos sciunt
sibi iure non teneri obligatos que esse, venditorem in-
demnem facere, sicque aprobare intiliguntur, ven
ditionem ab hærede factam, conventionique assentiri
ut post alios eleganter explicuit Decius. d. n. 7. et 8. et hanc
rationem huic S.i aptauit Cona. lib. 5. C. 4. n. 3. nec dis-
crepat Uberti. in Repetitione rub. hujus tit. n. 63. Nec
te moueat Rep.a S. adducta quod altero alteri non possit
pascisci, nam constat eam cessare ubi pascis centis interi al-
teri commodum aplicari, ut in stipulatione probat §.
sed et si quis de inutili. et in pacto. L. et hæredi. 22. §.
ultimo L. fideiussoris. 24. hoc titulo. Quam limitatio
nem ad d. §. alteri. miror præter missam fuisse a Portio
lib. 2. regula concl.o 46. ubi late explicat eam regulam
sicenti ab Alfano Collecta. 107. Gomez lib. 2. varia. c. 11.
Cona. in C. quamuis pactum 2p. §. 4. - - - - - - -

In ttex. b. uoluntate sua.) inviti ergo convenire non

potterant, ut probat d. L. 2. C. de hæredi. vendi. cui omnino
ade Cuia. lib. 2. observ. C. 30. Costa. in C. si Pater. versicu-
lo ipsis pauperibus n. 12. Et præter Decium Alciat. et alios
hic lege latte Cona. lib. 7. C. 8. frustra itaque hic quære-
mus quas actiones creditores moverint, qui nullas ha-
buerunt, sed tamen de facto moverunt, neque eis
fuit apositta exceptio, et sic experiri potuerunt sine
actione ex tex. eleganti in L. Posthumus. 6. §. sed si
quis bene et nemo eum repulit de in off.o Constat. n.
Cum qui ab intestato Successionem non habet de in
off.o agere non posse, non magis quam bonorum poses-
sionem petere ex §. eadem hæc observantur. de hæredita.
quæ ab intesta. L. illud. 4. §. 1. contra tabu. sicque decli-
nabis dificultatem, quam inter prætes varijs in locis
non potuerunt explicare propter vulgatam regulam
s. quam nemo possit in iuditio sine actione experiri
L. si pupili 6. §. iudicamus versiculo qm de nego. gest.
L. quoties. 10. §. item si temporali. de adminis. tuto. quam
italimitabant Alex. n. 6. Soci et Zasius. in L. titius de
V. O. et relati a Menoch. lib. 1. de arbitra. questio C. 16. Qui
tamen cum multis perperam contrarium docet, et prius
Bar. in L. 2. n. 6. de dote prælega. cuius sententiam com-
muniter receptam testatur Curtius hic n. 91. Sed con

funditur hęc opinio manifeste ex d. l. posthumus, et ex nro tex. quamvis Receptum sit, iudicem sua authoritate posse Repellere actionem non habentem ex gl. communiter Recepta in l. ubi pactum. ex verbo pęna. versiculo tertia. C. de transactio, quam prętor Bar. Paul. et alios bene communem testatur Menoch. ubi S. Gomez lib. 3. varia. C. 13. n. 25. quod tamen ex suis dictis non est omnino tutum. — — — — — — — — — — — — — —

Ex hoc autem tex. et ex d. l. 2. notatum est per hęreditatis venditionem transferri quidem in eptorem actiones activas; pasivas autem minime, quod ex d. in principio, vehementer confirmatur, et rationem expressit Acc. ind. l. 2. ex verbo. tu Respondeas. communiter Receptus sm. Decium hic n. 1. quamvis ipse controvertat, et ne alias creditor invitus debitorem mutarē cogeretur contra l. si mandato 45. versiculo item mandati, quam notat Bal. in l. si pater C. de Collatio Jas. n. 4. in l. 1. ubi Ripa. n. 11. ad Trebell. ex quibus etiam novē et elegantter deduces per emptionem hęreditatis acquiri emptori ius implendę conditionis ab statu libero, cui sed libertas destinata est, si aliquid hęredi dederit perveniet. n. ad libertatem emptoris, vel ipsius, vel hęreditatis dando ex l. si statu libera. 6. versiculo statu liber. l. ita liber. 8. versiculo si partes de statu liber. nisi nominatim exceptum

fuerit, ex L. mortuo 15. eod. habetur, n. eo casu ratio dominij, siquidem servus ille ad dominum, et quemcumque successorem transfertur cum illa causa, ex L. si is cui 27. L. servus 34. versiculo duę causę eod. titulo idque lege 12. tabu. cautum fuisse testatur Ulpia. in institu. titulo 2. ex quibus verissime intelliges difficilimum tex. in L. statu liberi. 29. §. Quintus versiculo sed verissimum illo titulo: in cuius explicatione defecerunt hucusque interpretum ingenia: ideo que in ea specie statuliber dando hęredi ab intestato sm̃, quem sententia dicta est, fit liber, qui per sententiam ille hęres fuit factus dominus, et sic in ejus persona erat adimplenda conditio: neque attendimus quo iure factus sit dominus, sed tantum quod dominus sit, ut probat tex. bene nec interesse, et d. L. 6. §. non solum, et l. ergo. 4 §. si sub conditione. de fidei com. liber. et ita quamvis L. 12. tabu. de emptore loquatur complecti videtur quemcumque, qui dominus sit. Quam veram interpretationem uno ex verbo tetigit, Cuia. ad Ulpia. d. titulo 2. et lib. 2. observ. C. 7. sed sane fuit Acc. interpretatio in d. §. Quintus ex verbo emptionis ut advertit Sarmien. Rem hanc tractans lib. 3. Select.

C.1. n.º 3. Quod autem emptionis uocabulo comprehen
datur, quæcumque alienatio obscurum uisum est, scri-
bentibus: sed tu dic non id fieri ex ui verbi, et uocabuli
significationis, sed ex ui ex ejusdem rationis, et ex iden-
titate rationis, ut eadem sit ratio in quocumque alio
domino, quæ est in emptore, ut probat manifeste ille tex.
et quamuis nonulli, ut novum scribant, ita inter prætati fuere
Bal. et fulgo. quorum meminit Pinell. in L. 2. 2. p. C. 1. n.º 10.
et C. 2. C. de rescinden. vendi. lz. ut suum novissime tradat
Moline. in consuetu. Parisiens. 2. p. §. 55. gl. 1. n.º 6. et 7.
neque turberis propter vulgatam omnium dicterium
docentium conditiones debere impleri, in specifica
forma, ex L. qui hæredi. 44. in principio L. Mecuius.
54. de conditio. et demons. et regulam constituit Diaz.
reg. 114. ubi addentes omnium optime Sarmien.
lib. 2. Selecta. C. 1. ex n.º 12. nam præter quam quod no-
minatim ab illa regula excipitur statuliber in d. L. qui
hæredi. versiculo certe; falsum est, asserere conditiones in
specie esse adimplendas, opugnantur, n. innumeræ ss. et testan
tium supremæ uoluntates, item et æquitati, et rationi ad-
versatur, cum in conditionibus testatoris uoluntas sit
attendenda. L. in conditionibus. 19. L. pater. Severinam
100. §. conditionum verba de conditio et demons; ideoq.e

conditio dandi pupillo, aut furioso in tutore et curatore adimpletur. L. Si pupillus 13. de conditio. et demons. quam L. expendit Costa. in §. et quid si tantum 5. p. n. 22. et lib. 2. Select. C. 10. n. 7. item et fortiter induces L. 3. C. de institu. et L. fidei commissa. 11. §. si cui ita de lega. 3. ex quibus iuribus notatum est, non curari de modo ubi effectum habemus, notat Bar. in L. 1. ubi Bal. et Jas. n. 11. de libe. et posthu. Peralta. in Rub. n. 73. de heredi. insti. Nec discrepat Sarmient. d. C. 1. n. 13. ubi n. 22. agit de interpretatione d. L. 3. sicut Costa. in L. qui duos §. cum in bello. verbo bona n. 9. de Reb. dub. nec vulgatę illę SS. te moveant, qui bene ratione non impletur conditio dandi servo, domino dando, quia quę facta sunt, non transeunt ad dominum, ut ex prę se probat d. L. qui heredi., et quia non fuit habita ratio persone, et acquisitionis, eo casu, sed tantum facti ut vid. Meusius: ita argute convincit, Costanus, quem omnino vide quęstio. iur. C. ultimo n. 11. Costa. in d. §. et quid si tantum 5. p. ex n. 4. Sarmient. d. C. 1. ex n. 11. Cęterum non est idem statuendum in alia persona, quod in statu libero docuimus in quo specialis ratio versatur et ideo non est temere trahenda. Unde fiet, ut si quis

hæredi iubeatur dare, ut aliquid ex iudicio defuncti consequatur, non satis faciet dando emptori hæreditatis vel illi, cui ex Trebelliano restituta fuerit hæreditas ex d. L. qui hæredi. §. cum hæreditas. cum restitutione hæreditatis, facta ius hæredis non amitatur, ex §. restituta de fidei com. hæredi. et ex rationibus in principio huius L. allatis, aut nisi ex voluntate hæredis alteri detur ex L. 13. de Statu liber. Nec quod datum est hæredi conditionis implendæ gratia fideicommissario aut emptori restituendum erit ex d. §. cum hæreditas nam lex habuerit ut hæres non tamen intuitu hæreditatis, et hoc est quod voluit J. C. in L. 2. §. Solet. de hæredi. vendi. notat eleganter Cona. lib. 7. C. 8. n. 7. - - - - - -

Ad L. 3.m

Explicabis hanc L. ex traditis a Petro fabro C. 133. de Reg. iur. Hotom. in disputa. C. de pactis. pag. 129. et 130. Vigelius in Comen. de pact. conven. C. 3. except. 5. Cona lib. 5. C. 4. n. 5. et 6. et vides servum pasciscendo prodesse domino obesse autem non posse in universum, n. constitutum est per servos nostros conditionem nostram fieri meliorem, non vero deteriorem, L. melior 134. de Reg. iur. L. contra 29. §. si filius hoc titulo docet Paul. lib. 5. senten. titulo 12. in fi. L. ultima ubi ponitur elegans ratio C. de acqui. poss. Quod etiam in filio admis-

sum est. L. filius. 23. in hoc titulo L. filius 22. de solutio. Suadet, n, naturalis, et Civilis Ratio, ut conditio nostra per quemcumque fiat melior, per neminem autem deterior, L. Soluendo. 41. de neg. gest. neque potuit hic Servus obligationem etiam per ipsum semel domino adquisitam labefactare ex L. qui Romæ. 122. §. Chalimacus. in fi. versiculo item quæro de V. O. et induci potest, L. id quod nostrum 11. de Reg. iur. tum etiam qui Servus iuris civilis non est Capax, et sic nec obligationis habita Ratione ipsius personæ ex L. obligari. 42. de actio. et obliga. L. in personam 22. L. cum Servo 107. de Reg. iur. et ideo si in persona sua paciscatur inutiliter agit ex L. qui hæredi. 22. §. ultimo. digo 1. versiculo ultimo hoc titulo et in d §. si filius ubi contrarium statuitur si in Rem paciscatur, tunc, n, acquirit domino ex principio Inest. per quas personas Recte, n, domino stipulatur ex §. si is cui de inutili, et ita ei efficaciter pasciscitur ex L. per quos. 60. hoc titulo nam ut Aristot. docet lib. 1. magnorum moralium, C. 34. qui in potestate nostra sunt partes, quodam modo nostri uidentur, quos Respicit Ulpia. in L. pronuntiatio 195. de V. S. Sicque non urgebit, quod constitum est alterum alteri inutiliter pascisci ex L. quo tutela 73. §. ultimo. de Reg. iur. et diximus in L. 2. S hoc to. Servus autem non dicitur alter Respectu domini observat Hotom. ubi. S.

Nec hujus L. sententiam infringit. L. suam natu-
ram. 10. ex qua persona 134. de Reg. iur. nam illud admi-
titur quoties damnum, et lucrum circa unam, et eand-
em Rem, et in uno, et eodem facto versatur: quo casu
dominus aut in totum probare debet, aut in totum
Reprobare pactum ex. L. Sin autem 30. de pact, quam
hic tota accepit Acc. et tu inducere poteris. L. si manci-
pium 51. versiculo et rursus de edili edict. et hoc satis
significarunt hic praeter Acc. Bar. Bal. Alciat. Donell.
et alij et ut Receptum Resoluit Jas in d. §. si filius n. 9.
et in Repetitione L. Reconvincti. n. 31. de Lega. 3. et cum
multis hanc gl. Retulit Tiraq. de utroque Retractu.
in fi. ffi. n. 2. et 7. et faciunt L. 1. de adqui haeredi, et
L. neminem 4. et 5. de lega. 2. Neque contra superius
Resoluta quicque facit L. cum proponas 3. in fi C. de
haeredi insti. ubi videmus servum posse haereditatem nec-
essario domino quaerendam Repudiare nam non aliter
acquiritur domino, quam si servus adire velit. L. qui
in aliena. 6. §. Celsus. de acqui. haeredi. dm, n. est
aliud esse meliorem conditionem non facere quod po-
test servus: aliud deteriorem quod non potest ex d. L.
ultima C. de acqui. poss. et est elegans L. qui autem

6. quæ in fraud. Credi. et ita resoluit Acc. hic communiter ab alijs receptus et à Decio Cons. 269. n. 8., et concernunt quæ resoluit Pinell. in L. 1. 3 p. n. 102. et 103. C. de bon. mater. Nec in delictis deterior fit domini conditio non consentientis per propium servum in hunc 3. sensum, quod dominus teneatur ex servi delicto, et quamuis servus pro noxa detur, nec hoc in damno reputatur ex tex. eleganti sic intelligendo in L. 1. §. quod ergo, versiculo quod enim de vi, et vi arma. et illa verba cum servus hoc modo. satis indicant illud esse referendum ad factum nam quo minus servus naturaliter nocere possit domino nulla prohibitione efici potest, ut recte disputat Donell. hic. - - -

Ad. L. postquam. Liti 4.

Famossam, et difficilem appellat Bolognet. hic notauit Rebuf. in L. Litis. 36. de Verbor. Signifi. Cona. lib. 5. C. 4. n. 3. et alios retulit Alfa. Collect. 348. qui omnes, et alij ex hoc tex. notarunt renuntiationem Litis non tantum de instantia, sed de quocumque iure in iuditium deducto esse accipiendam, et rationem dubitandi deducunt ex L. si minus 27. §. ante omnia bene in alia re de pact. cum

de re ad rem pactum non sit extendendum, constetque litem, et Causam tanquam diversa proponi ex l. pro perandum in principio, et magis in §. ultimo C. de Judicijs. l. Causas. 16. C. de transactio. ubi notarunt Acc. et Menoch. quo etiam arg.to constitutum est lite de possessione mota, pactoque vel renuntiatione remissa actorem non prohiberi novo iudicio de proprietate agere, cum possess.o et proprietas nihil commune habeant ex l. naturaliter, §. nihil commune de acqui. posse. et in specie ita docuerunt Bar. et Bal. in l. 2. C. de litigio. resolvit Ripa. in d §. nihil commune n.o 13, et 106. cum sequent. Menoch. lib. 2. de arbitra. Casu. 202. n.o 17. probat Cona. d. C. 4. Cæterum r̃dent hic Acc. et alij ex propria litis significatione Causam et instantiam comprehendi arg.to d. l. litis de Verbor. Signific. et tanquam commune resolvit Ripa. ubi s. n.o 108. Maranta in Speculo. advoca. s. po n.o 53. et post Alciat. hic consentit Cona. et Alfa. ubi s. = Cæterum ergo adverto errare omnes dum opinantur hic, quæri an litis renuntiatione Causa etiam comprehendatur nam præter quam quod eodem sensu dicimus amittere Causam, et amittere litem, Causa, aut lite cadere ex §. si quis agens de actio. et ex Cicerone in oratione pro Comedo, et alijs bonis authoribus probat Poletus lib. 5. historiæ fori Roma. c. 3. et facere litem suam nihil est aliud

quam ad stimationem causæ teneri in principio inst.
de obliga. quæ ex quasi delict. et ex L. si filius 15. de
iudicijs, et ex alijs viribus observat Briso et Hotom.
de Verbor. Signif. ex verbo lis. Rebuf. ind. L. litis; et
sic dicemus non differre renuntiare liti et renuntiare
causæ in hoc tex. est etiam alienissima vulgaris inter-
pretatio ā mente Cæsarum in hac parte, ubi ut mea
fert opinio constituitur litem, vel causam quam
quis pacto semel remisit, sicque finita fuit, non
posse instaurari, nam quamvis actio non esset extinc-
tam per pactum, esset tamen iniquum, quem audiri
contra propiam pactionem ex §. præterea de excep-
tio. pacto. n. et transactione, lis finitur ex d. L. Cau-
sas, et ex L. cum quæritur 13. versiculo et si forte
2. iudicatum solvi. Atque hæc L. constituta sub ti-
tulo de pact. et interpretari debet, ut magis congruat
titulo ex L. imperator 17. in fi. de in diem adiectio.
dubiumque videtur fecisse, quod pactum non sit mo-
dus tollendæ actionis, vel obligationis. L. si unus 27. §.
pactus, ne peteret. de pactis. §. præterea de exceptio.
at si pacto lis tolleretur actio etiam extingueretur
ex d. L. litis de Verbor. Significatione: cui tamen ar

gumentationi ex suis dictis facilime respondebis maxime ex d. §. preterea: et qi qdam qui actionem habet, rem ipsam habere videtur ex L. is qui 15. de reg. iur. dicemus rem videri, amittere qui actionem ad eam consequendam remittit, quod pacto in effectu fit: unde cum de pacto hic agatur frustra quaerit Acc. et cum eo omnes an renuntiatio litis debeat, ne in iudicio et reo presenti fieri, quamvis ejus traditiones, ut verae et receptae passim admitant. - - - - - - - -

In gl. ultim. celebris est hujus gl.e traditio, ut L. quantumcumque generalis non excludat remedium iure speciali competens, cui est similis gl. 1. in L. 3. C. de Silentiarijs lib. 10 communiter aprobata sententia est. sm Alex. cons. 79. lib. 2. Afflictis decisio 220. n. 15. tradunt latissime Deiuy. Alciat. Bolognet. et alij hic. - - - -

Ad L. Creditori 5.

Solemnis est, et practicabilis sm Curtium Iunio. hic explicabis tamen elegantter ex Vigellio in Comenta. de pact. conven. C. 4. et 7. Cona lib. 5. C. 2. et 3. n. 7. Hotm. in disputa. C. de pact. pag. 137. optime ex Briso. lib. 3. de Solutio. in principio et ex traditis a Revar. lib. 2. de iuris ambigui. C. 5. et 6. illud vero ex hoc tex. debes observare pacto de non petendo debitorem liberari

iure honorario, sive prætorio: scitum n. est prætoris authoritate pacta defendi in l. 7. §. prætor hoc titulo cum iure civili is liberandi modus non fuisset admissus ex §. præterea 1. de exceptio. l. 27. §. pactus ne petteret l. si tibi 18. §. de pignore hoc titulo: et ita qui pacto tutus est ad exceptionem debet recurrere nam excipiendo liberatur ex d. iuribus, et ex d. l. 7. versiculo igitur nuda; sunt, n. exceptiones, veluti arma iuris prætorij ut constat ex tt. ff de doli. et metus exceptio et ex alijs ff.is et ex l. 3. versiculo si quis bene id est per exceptionem de constitu. pecu. ut ita intelligas l. §. prætor. bene pacta servabo sed per exceptionem: verum obijci potest non leve argumentum ex l. Stlycum. 95. §. naturalis bene ipso iure de solutio. ubi obligatio tollitur pacto ipso iure, quæ verba præterquam quod vehementer opugnant d. §. pactus videntur habere sensum communem, pro eo quod est iure civili ut colliges ex l. 1. §. ultimo. de supercic. l. inter 27. de fidei ius. §. non autem de per petuis, et tempo. ubi ita exponit Cta. ex verbo ipso iure, et ut novum satis accurate observat Duarc. in l. in actionibus

n. 15. et 16. de in litem iuran. a quo tacite habuit Corra.
in l. servitutes 3. n. 26. ubi bonus tex. de servitu. latis-
sime Covar. in Regula poss.or 2 p. §. 6. n. 6. erudite Briso:
d. lib. 3. de solutio. in principio latissime Revar. lib.
Singu. ad l. scribo. Nec alia ratio est, quare docue-
rit J. C. in d. §. pactus pacto non tolli obligationem
ipso iure qui idem esset ac si diceret iure civili quod
ex suis dictis fieri nequit, tum etiam ex l. nihil tan
naturale 35. de Regu. iur. l. pro ut quisque 80. de so-
lutio. Sicque obligatio iure civili contracta civili aliquo
modo est tollenda: pactum autem ut vides non est
iuris civilis obligandi, aut liberandi modus, et quam-
vis incerto Marte de illius §i naturalis naturali sensu
dimicent inter pretes ut videbis apud Corra. lib. 1. miscell.
c. 1. Bello. lib. 2. Suputa. c. 1. Briso. ubi s. pag. 307. et alios
ind. 3 pactus ubi Duare. Rimi. et Bolognet, verius ergo
arbitror de naturali tantum obligatione. J. C. agere in
eo tex. nam constat pactum obligationem naturalem
producere l. in his. 5. §. imperator. bene quedam ex
pacto naturaliter de solutio: item et liberationem
eodem iure naturae, quo nititur pretor dum pacta tue-
tur in l. 1. de pact. in l. 1. de constitu. pecu et aplicatur

Rectissime Regula d. l. nihil tam naturale ut sit sensus obligatio naturalis tollitur solutione, et etiam iusto pacto ipso iure sed naturali quo constituta erat obligatio: et ita adaptatur eleganter ratio d. §. naturalis bene qui vinculum equitatis: appellatur autem iustum pactum eo casu non adeo aprobatum, ut per peram nomilli opinantur, sed potius, quod rationi et equitati consonum sit, et tale ut a pretori servari debeat iuxta d. l. §. pretor hoc tt. et preter alios multis confirmat Briso. ubi v. Hotom. ad §. preterea de exceptio. Ceterum d. §. pactus intelligitur quando a principio constituta fuit obligatio civilis quo casu per exceptionem pacti de non petendo eliditur, non quidem ipso iure sive iure civili sed ope exceptionis ut manifeste probat noster tex. que sunt notatu digna ad interpretationem dictorum iurium. — — — — — —

Ex quibus et ex tex. hic. in versiculo cum et solutum, iam deducitur petentem, quod pacto remiserat, repellendum esse aut exceptione pacti, aut etiam doli. ut probat l. 2. §. item queritur in principio, et versiculo et generaliter de doli exceptio. dolo. n. agit, qui petit ab eo, qui exceptione perpetua tutus est, siquidem si incaute soluisset

et per ignorantiam repetere potuisset, ut probat hic tex.
ad hoc celebris, et singularis, ut observat Cona. lib. 5. C. 3.
n. 7. Et tu potteris inducere L. qui exceptionem 40.
de condict. indebi quam eleganter explicat Pinell. in L. 2.
1. p. C. 3. n. 8. C. de rescind. vendi. et est elegantissimus effectus
pacti de non petendo et generaliter constituendum est,
quem posse repetere quod indebite solvit ex L. 1. et per
totum de condict. indebi. maxime quod indebitum est
naturaliter ut bene probat Acc. communiter receptus
et probat satis noster tex. cum traditum sit obligatio-
nem naturalem pacto de non petendo dissolvi ex d.
§. naturalis cum alijs et facit L. 1. cum 15. 32. §. 1. de
condict. indebi. ea, n. conditio, sive actio ex bono et æquo
datta est ex L. 60. illo tt.° atque ex eodem æquo et bono
pacta servari iam docuimus, qua autem ratione acci-
piatur L. cum quis C. de iuris. et facti. igno. quam
hic adducit Acc. vide præter Bar. Menesi. et alios
bene Rober. lib. 1. Sentten. C. 6. ex quibus tandem relin-
quitur ex pacto de non petendo actionem nasci, cum
detur condictio, at conditio, sive repetitio actio est, ex L.
actionum 24. de actio. §. si itaque dis actis. versiculo
apellamus inst. eod. – – – – – – – – – –

In tex. bene patrocinio suo videtur repugnari decisioni
L.us quis quis C. §. preterea C. de postulan. ubi prohibetur
quecumque pactio inter Patronos Causarum et litigan-
tes, ergo quamvis conveniat inter eos pactio non est de
ferenda ex L. sequen. in hoc tit. et L. 7. §. pretor hoc
titu. sed sane post finitam Causam pactio fuit inter
posita hic ut patet ex versiculo defensa. et ita observ-
anda est; secus autem si litte pendente fieret ut pro-
bat expresa L. 1. versiculo si vero post Causam de varijs
cognitio. Non aliter quam si a Medico et in firmo fiat
conventio sive pactio de Curatione ex L. Medicus. 3.
de varijs cognitio. quam bene ita generaliter accepe-
runt Alberi. et Bar. et gl. in d. §. preterea ex verbo
contractum. et cum multis contendit Pinell. T. 2 p. C. 2.
ex n.o 32. Gomez. ad regulam Cancella. de infirmis. re
signan. q. 11. privileg. 11. infirmitatis. quamvis d. L. me-
dicus intelligenda videatur quando Medicus calide
et perniciose se habuit in Curatione ut ita extorque-
ret ab egroto, quod optabat quasi cessante dolo sit
dm contractum illum valuisse, ut videtur docuisse
Bal. relatus a Pinell. ubi T. et iudicatum testatur.

afflictis decisio. 123. et verius esse contendit idem Afflict.
ad constitu. Neapolita rub. 34. §. q̄ numquam n. 5. ve-
rum admitti potest quod Bar. et Alberi. docuerunt
propter eandem rationem et equitatem idque recep-
tius est; et utcumque sit ita est accipiendus ut dixi-
mus noster tex. ut etiam accepit Ac. in d. §. preterea
latissime Jas. Decius n. 5. et Alciat. hic Tiraq. ff. de nobi-
litta. C. 29. ex n. 24. Cona. lib. 5. C. 5. n. 5. novissime
Betius Cons. 49. ex n. 2. quorum magna pars id etiam
ad Procuratorem traxit ex L. litem 15. C. de procurato
sed ille tex. plane loquitur de redemptore litis. Quis
autem is sit explicat post Briso. et Hotm. Berrutius.
lib. 14. de verbor. signif. ex verbo redimere: advertit
Cona. 5. et declarabis ex L. sumptus 54. de pact. Nec
mirum si pactio hec valuerit cum etiam sine ea
advocatus posset salarium sive honorarium a litig-
ante exigere ex d. §. si vero. et posset inducere L. sa-
larium 7. mandati, quam explicat Cona. lib. 7. c. 14
n. 5. imo quocumque modo promissum debetur ex
L. uni. in principio C. de sufragijs. L. 14. tit. 6. p. 3. explicat
latte Menoch. illam L. de recuperan. poss. remedio 9. n. 332.

de Salario autem aduocatorum extant apud nos plures ss. tt.º 16. lib. 2. compi. et cum taxatum, et prescriptum sit etiam a uolentibus, quid amplius non possunt accipere, sed restituere tenebuntur iudicis off.º ex tex. Celebri iuncta gl. in l. uni C. de Salgamo. lib. 10. quam ad notarios, siue scribanos deducunt Bal. et Paul. in auth. sed hodie C. de episco. et cleri. Caseanus. in consuetudi. Burgun. Rub. 1. §. 7. n.º 30. quibus non adductis idem obseruat Cova. in C. quamuis pactum 2. p. §. 3. n.º 7. quod et in foro concientiæ obseruandum esset, admitit Mercado. lib. 6. de Contractib. C. 16. pag. 185. sed quamuis id in notarijs admittas, in aduocatis non erit obseruandum propter negotiorum dificultatem. - - - - - - - - -

Ad l. Pacta quæ contra. 6.

V.e eleg.er Cæsarem Cons. lib. 1. Var. ambig. c. 30.

Celebris est l. ista ejusque infinita exempla præter Acc. congessit Alciat. hic Bar. in l. Si quis pro eo ubi Corra. ex n.º 11. de fideiusso. Cona. lib. 5. C. 5. Cuia. lib. 1. Sentten. ad Paul. tt.º 1. §. neque contra. Vigelius in Commenta. de pactis. Conven. C. 2. except.e 17. et 18. illud ergo principio probat hic tex pactum conventum contra iuris dispositionem non esse defendendum, idem probat l. non dubium s. versiculo nullum. n, pactum C. de legi. idque edicto

comprehendi probat l. iuris gentium. §. prætor aitt.
hoc titulo cui adde Forca. dialog. 67. Vaconi. lib. 5. declara.
C. 67. et satis probat l. contra iuris. 28. eod. et potest
induci l. nec ex prætorio 27. de reg. iur. est etiam ini-
quum, et iniustum legis auxilio iubari qui dum
leges inuocat contra eas, committit ex l. auxilium
38. versiculo ultimo de mino. Denique hoc est quod
generaliter traditum est pactum a iure communi
remotum servari non oportere in d. l. iuris gentium
§. et generaliter, cuius vulgatam lectionem tuetur Cuia.
lib. 1. observ. C. 24. Contra l. autem pascitur ille, qui
contra verba autem sententiam l.^{is} nititur ex d. l. non
dubium. qdm, e converso dicitur é. lege éé, quod ex ejus
sententia, aut ex ejus verbis inducitur ut in l. nominis
6. §. ex verbo de Verbor. Signif. ubi late explicat Rebuf.
exemplumq: videbis in l. Siquis id quod. 7. de iurisdict.
omnium iudi. cui adde Corra. lib. 4. miscell. C. 7. Duare.
lib. 1. disputa. C. 18. quamuis subtiliori interpretatione
dicatur contra l. fieri quoties verba in contrarium
nos cogunt, in fraudem autem si legis sententiæ repugnent,
ex l. contra. 28 cum l. sequen. de legi. ubi exempla
adiecit Acc. explicat Alciat. lib. 1. parerg. C. 7. est

cum utroque modo L. violetur, consequens erit dicere tex. nostrum, et similes in una et altera specie admiti debere: inter alia autem obijci potest adversus nostrum tex. quod L. Civilis obligationem naturalem retardare non possit ex §. sed naturalia. de iure natn. L. iura. Sanguinis 8. de reg. iur. §. ultimo de legiti. agnato. tute. constat autem ex pacto naturalem nasci obligationem ex L. in his. §. imperator bene quædam ex pactis. de solutio. quæ obligatio ex consensu nascitur et ratione naturali sive æquitate L. Sthicum. 95. §. naturalis de solutio. L. cum amplius 84. §. his natura debet de reg. iur. ob quam unam causam pacta tuetur prætor in L. 1. hoc titulo. L. 1. de constitu. pecu. ergo L. Civili nihil obstante si est consensus erit etiam obligatio naturalis, pactum, n, consensus est duorum vel plurium in d. L. 1. hoc titulo et in L. pactum. de pollicita. tum maxime qi obligatio naturalis magis in facto, quam in iure consistit. L. nec servus 42. uincta gl. verbo factum. de peculio. late docet Cona. lib. 2. C. 3. n. 3. = Qua ratione in pactis factum versari ausim afirmare dixisse J. C. in L. Si unus. 27.

§. pactus hoc titulo. Scitumque est, ea quæ facti sunt
iure Civili mutari non posse. L. 1. §. si uir uxori. de
adqui. poss. nec probandum est, quod ex Soci in Rub.
n. 12. de V. O. multi retulerunt naturalem obligationem
non nasci ubi lex Civilis repugnat ex L. cum lex.
47. ubi Bar. de fideiusso. adiuncto principio deducto
ex L. 1. et ex L. fidei iussor. 17. §. fideiussor. obligari
L. ubicumque 61. de fideiusso. nam cum L. occurrit
contractui non tenetur fideiussor, ergo nec ulla est
obligatio naturalis. Sed quidem ex suis dictis uiri-
bus, vel rationibus plane convincitur obligationem
naturalem lege Civili impediri non posse, quare re-
solue obligationem quidem naturalem non suaui sed
potius uiris ciuilis aprobatione aliquos efectus pro-
ducere, qua cessante nullos efectus obligatio naturalis
esset habitura ex L. sed si Lege. 28. §. consuluit de petitio
hæredi. iuncta. L. si vero non remunerandi 12. in
principio mandati. Ac multo minus si id aliqua
Ciuilis ratio impediat, tunc, non ideo minus natura-
lis nascitur obligatio sed tamen inefficax, ex L. si. et
prædium 16. C. de prædijs minorum. L. 1. de reb. eorum
L. si quis pro eo 57. §. 1. de fideiussor. Unde lex ipsa

Civilis, quę efectus illos tribuit, eosdem iustis rationibus
potest auferre. qdm uidemus in cognatione, quę quam
uis ratione civili non dirimatur in §. ultimo de legitti.
agnato. tute. eius tamen efectus successionis, et delationis
tutelę civili ratione, sed capitis diminutione commutan-
tur ex l. eas obligationes de Capi. diminu. et ex tex. cele-
bri in §. quod autem Inst. eod. quomodo non tollitur co-
gnatio sed ius cognationis commutatur ut bene sattis
exprimit Acc. et observant Rebar. C. 8. de Reg. iur.
Rober. lib. 1 receptę sectio. C. 30. sic que in naturali obliga-
tione dicimus, ut quamuis ei iure civili occurrente, cessat
ille efectus, nec alias iniquitas inferatur: et ita intel-
liges d. l. cum lex. item et iuris prętorij aprobatione
et adminiculo pactum nudum producit exceptionem
l. iuris gentium. §. igitur nuda, et §. prętor. hoc titulo quem
efectum lex auferre potuit, quando quis contra l. nititur
ut probat noster tex. sic eleganter intelligendus, quod colli-
ges ex Bar. in l. ultima §. 1. rem ratam. et in alijs locis
relatis a Decio hic n. 3. constanter probat Rober. d. C. 30.
et vide Cęsar. Constan. lib. 10 var. ambigui. C. 30. vide quos
citat Caldas, Lusita. in l. si curatorem. §. cum non ab-
similis n. 27. 6 de restitut. in integrum. Reg. tu etiam n. 43.

et vide Marcum Aquilin. in §. et quid si tm. et ego ex
pendo celebrem tex. in d. L. non dubium versiculo nullum
n, bene videri volumus subse quutum. C. de legi. quæ
verba non dubium est, quin ad effectum pactionis sit
referenda = Qua ratione procedit Concil. Trid. Sess. 24
C. 1. sub decreto de reformat.e matri. ubi ex iustissimis
rationibus aufertur obligationi naturali effectus alias
iure Canonico admissus. — — — — — — —
Intellige etiam huius tex. conclus. quando pactum con-
tra leges respicit publicam lesionem principaliter. Se-
cus autem si privatam. quo casu tenebit pactum ex.
d. L. iuris gentium §. si paciscar. versiculo et in cæteris
namque generaliter traditum est, licere unicuique
iuri propio renuntiare ex L. 29. versiculo cum regula.
in hoc titulo L. 39. versiculo cum regula. C. de episco. et
Cleri. L. si iudex. 42. bene q̃ unicuique de mino. et hoc
est quod dicitur in L. si minus. §. pacta. versiculo et in
summa. hoc titulo. Neque obstat L. contra 28. hoc titulo
nam considerandum est, ad publicam lesionem expectare
pupillos, et minores, conditionem suam deteriorem facere
ex. L. 1. de mino. quamvis aliter inter prætentur. Oros-
cus. in L. edictum n.o 4. hoc titulo Cona. lib. 5. C. 5. n.o 4.
Vigell. d. C. 2. excep.te 17. replicat.e 1. — — — — —

Adversus autem hunc tex. obiicit Acc. hic 1.° contra bonos mores tex. in l. stipulatio ista. 38 §. alteri, versiculo plane de V. O. et §. alteri inst. de inutili: ubi quamvis stipulatio alteri facta contra SS. sit, nihilominus alicuius est momenti, si pena adijciatur, siquidem pena committitur et tamen utrobique Acc. receptus a Bar. hic et bene ad et illam stipulationem esse praeter, non vero contra SS. sequitur Bar. in l. cum lex. n.° 6. de fide iusso. et receptum profitetur Jas. in d. §. alteri, et in l. non dubium, n.° 59. C. de legi. Cova. in C. quamvis pactum 2. p. §. 4. n.° 3. Quae solutio inanis, et vacua est, nec satisfacit Decij. hic n.° 9. nec Alex. plures solutiones referens. in l. 1. n.° 6. de condict. indebi. Securius autem videtur, quod ex Bal. et Salciet. retulit hic Curtius Juni. n.° 7. et ego planius intelligo ut in d. §§. alteri valeat stipulatio penae quia cessant rationes propter quas stipulatio alteri per alterum facta non valet sed, quia stipulationes sunt inventae, ut unusquisque sibi adquirat, et quando sua interest, aut quando quis penam adijcit duae sunt stipulationes quarum una non valet; altera autem penalis recte valet, ut probant d. iura et ita bene observavit Cuia. et docuerunt Bar.

n. 12. in L. ita stipulatus. 112. ubi Ripa n. 38. de V.O. Deius. in L. cum principalis n. 2. ubi est gl. similis naturæ de Reg. iur. Fortu. in principio Ligis Gallus n. 29. nec discrepat Cova. ubi s. n. 4. et ade Cona. lib. 6. C. 4. n. 3. - - - - - - - - - - - -

(In ttex. bene contra bonos mores) uide exempla DD. quorum in principio meministi et probat L. ex eo 4. §. ultimo C. de inutili. L. stipulatio 61. L. Titia. 133. de V.O. ea autem pacta contra bonos mores dicuntur, quæ dedunt pietatem existimationem, et verecundiam nostram, ut uidetur declarasse Paul. in L. filius 15. versiculo namque facta de Condict. institu. - - - -

Ad. L. debitori. 7. ~ ~ ~ Villares

(Ibi addita hæreditate confusa est actio.) idem probant alia iura citata in gl. hic verbo confusa est, et probat L. ut debitum in de hæredita. vel actio vendi. L. imponenda in ad L. falci. L. fi. in de contrario iudi. tute. L. 2. in de evictio. L. si uxor, in de bon. autori. iudi. possi. L. mutianæ. 7. in fi. de Conditio. et demons. L. deducta. 58. in principio L. debitor. 59. in principio. L. matrem. 80. cũ fi. ad Trebell. L. frater a fatre. ubi gl. et omnes DD. de condict. indebi. L. 2. §. penu. de hæredi vel actio vendi.

L. si ei cui 41. de evictio L. Hiranig. alias granius 72.
L. heres 22. §. quod si stipulator de fideiusso. et ratio hu-
ius regulæ est prima quæ colligitur ex L. filius familias
117. §. cum Patter. versiculo sed et si cum duos cum gl.
verbo ex hæredattos. de Lega. 1. quem tex. expendit in
proposito Juarez. in L. qm. in prioribus, ampliatione.
7. n. 2. et idem expendit, L. unum ex familia. 90. §. sed
et si uno in versiculo namque ratio ubi gl. Bar. et
Menesiy. notant de Lega. 2. quæ iura videntur probare
quod confusio, de qua hic introducta est, ex quadam
tacita compensatione, et ad idem citatur, L. quæ dotis.
34. solu. matri. quatenus in illa L. reperiuntur illa
verba se compensasse ut notant gl. et D.D. bene quam-
vis in pandectis florentinis, et emendatis codicibus
legantur illa verba secum pensasse, id est animo deli-
berasse, et non temere adijsse, et animadversum est
bene ad ius Civile quod vocant Rusandi. vel Duareni.
illam tamen L. iuxta pandectas florentinas cum co
muni allegatione intelligit in compensatione Cuia.
ad Africa. Ill.is 7 pag. 32. prædicta autem ratio insu
ficiens est, qr accidere potest, ut ab intestato quis adeat
hæreditatem ignorans sibi obligatum defunctum

atque etiam aditio hereditatis confundit obligationes pro portione hereditaria in L. si ab eo C. de nego. gest. L. fi. C. de contra. iudi tute. L. si adulta. C. de hereditat. actio. L. si debitori. 51. de fideiusso. Etamen si est animus compensandi insolidum confunduntur, et extinguntur actiones L. si compensandi, C. de heredi. insti. L. cum Pater 79. §. Titio. de lega. 2. notant gl. Bal. et DD. in d. L. si adulta. et in d. L. si ab eo, et maxime in L. si uxor. per tex. bene C. de bon. auto. iudi. possi. = Est igitur secunda Ratio, quod confusio obligationum sit introducta non solum ex compensatione, ut in d. iuribus, sed etiam ex quadam ficta solutione in L. si debitori 51. et in L. Huranius. 72. de fideiusso. et in L. Ethicum 95. §. aditio de solutio in L. si ei cui 41. §. ultimo de evictio. et in L. si id quod de libera. lega. Quam Rationem ex d. iuribus colligunt DD. praepostere tamen et cum illis Cuia. d. Ad. 7. pag. 33. tu observa, quod confusio non cedit pro solutione, sed aditio aliquando confundit, aliquando etiam habet vicem solutionis in d. L. si debitori, et in d. L. Huranius, et in d. §. aditio cum similibus, et iudicabis habere vicem solutionis, quando ita aequitas dictaverit, ut in proposito exemplis declarat Bar. in praedictis locis, et copiosius et elegantius in L. si is qui pro emptore n. 67. de usucapio.

ubi Repetentes omnes: necque in proposito articulo genera
lis Reg.a tradi potest, propterea quod consistit in sola equita-
te in L. de accisionibus in principio de diver. et tempora
prescrip. et addendum est, quod aditio hereditatis, sem-
per inducit confusionem obligationum. Nec obstat d. L.
si debitori, nec d. §. aditio, qi bene subintelligenda est
taxatiba tantum, et implicatiua etiam, ut subintelligitur
in L. si is qui ducenta in principio de Reb. dub. ita Bar.
in d. L. si is, qui pro emptore ante nostrum 68. Et obser
babis quod in d. L. si debitori: illa verba quod est verius
non significare id quod contrarium est falsum: Sed su-
muntur pro meliori, vel pro equiori, ut apud Latinos
passim, et Oratium lib 1. Epistolarum epist 7. ad Mec-
natem incipienti quinque dies Carmi. ultimo, Metiri
se quemque suo modulo, ac pede verum est. Tertia
ergo Ratio vera, ut communis est, quod ideo confundun-
tur obligationes aditione hereditatis, qi nemo sibi ipsi
debere potest, in L. heres 22. §. Seruo in fi. et in §. quod si
stipulatior, et in L. Hurianus 72. versiculo vel qi non po-
test. et in versiculo qi non possunt de fideiusso. Quam Ratio-
nem agnoscit Theoph. in §. an Seruo. in principio de Lega.
Et ideo Bal. in proposito docet, quod alias essent duo

contraria in eodem subjecto in l. si uxor. in de bon. auto-
iudi possi. Et, n, hæres veluti una persona, et idem subjec-
tum cum testatore in auth. de iureiuran. à morien. in
principio Coll. 5. et in novell. 48. et facit definitio obligatio-
nis, et actionis in principio inst. de obliga. et in principio
de actio. Ex qua vera ratione intelliges qdm, obligatio-
nes reales, et quæ non cohærent personæ non confunduntur
aditioni hæreditatis Bal. in d. l. si uxor. Quam limitatio-
nem, et declarationem exemplis prosequuntur DD. hic
et copiose Monticulus. III.is de inventario C. 12. a, n.l 140.
cum pluri sequen. Et ex eadem ratione intelliges qdm
hodie confecto inventario aditio hæreditatis non confun-
dat obligationes etiam personales in l. fi. §. in computa-
tione, versiculo si vero in de iure delibe. qi sed potuit
imperator non fingere esse unam et eandem personam
hæredem cum defuncto, nec ratio prædicta erat naturalis
sed potius ad similitudinem rerum naturalium, et per
consequens erat fictio, quæ fictio cessare debuit, ubi æ-
quitas suadebat id ex Bar. in d. l. si is qui pro empto-
re n.l 67. de usucap. et post prædictos nouiores ad inter-
prætationem legum in hac materia, vide etiam Cuia.
d. III.is 7. ad Africa. pag. 33. et III.is 9. pag. 132. — —

Un teo. bene ea Conditione pactoque) si esset hic propia
conditio de qua in §. Sub conditione ff. V. O. et in l. cedere
diem 213. ff verborum Signif. conditione indebiti poset
hic haec Repetere hereditatem in l. si sub conditione
16. ff conditio. indebi in l. 1. de condict. sine cau. sed qui
hic non fuit propia conditio, imo potius fuit onus, vel
teo un in l. societatem 77. cum gl. 1. pro socio qui variis
modis accipitur conditio, ut per Jas. et Alciat. hic, et
late Tiraq. ff Retract conven. §. 2. gl. 1. n. 76. et Rebuf.
in l. conditionales 51. ff verbor. Significat, ideo sm Al-
ciat. hic, non competit hic Conditio indebiti; et ad intel-
ligendum quando sit propia conditio, vel sit onus, vel
modus, vide Carlen. in l. quibus diebus. §. Termilius.
n. 3. ff conditio. et demon. et Carmient. lib. 2. Select. c. 3.
sed ego Requir exem ab Alciat. qua Ratione non potuit
hic hereditas Repeti conditione Causa data, causa non
sequuta. Tu Rolue quod in nro teo. si non datur con-
ditio ob Causam ad Repetenda omnia bona tradita fuit
qui modus et pactum non inducebant Causam finalem
ex l. 2. §. fi. cum gl. de donatio. Sed verius Ut, quod
isto haec potuit Repetere hereditatem conditione ob causam
qui in dubio pactum modus, vel onus inducunt Causam

finalem in C. cum Cessante. ubi Decius. de appella. et vide
Tiraq. de cessante Causa limita. 1. n. 52. et quod in spe-
cie nostri tex. detur conditio ob causam, probat L. Sena-
tus 35. §. 1. versiculo nec dubitavere Casiani. de donatio.
Causa mor. qui l3 dentur aliæ actiones, potest actor, si ve-
lit agere conditione ob causam ad repetendum, quod tradidit
in L. naturalis §. 1. de præscrip. ex verbis ubi Bar. Col. 1.
et Menesius. n. 18. declarant illum versiculum, nec dubita-
vere Casiani ad quem versiculum vide eleganter Cona.
lib. 7. C. 15. in principio: Quinimo in litera hujus tex. con-
tra Alciat. datur conditio indebiti ad repetendum, quod
defunctus debebat hæredi gl. in præsenti ex verbo debere
tur, per L. si is qui 45. de condict. indebi. et est similis
gl. in L. 2. §. ultimo ex verbo deberi. de hæredi. vel actio
vendi. et bene explicant Alberi. et Fulgo. ratio est,
non quia restituatur actio, quæ confusa est, sed quia
hæres, qui tradit omnia bona hæreditaria, si non dedu-
cit, quod sibi debebatur, plus tradit, et solvit quam
debet ex d. L. si es qui. Ex quibus intelligitur ratio
tex. in L. 2. §. ultimo de hæredi. vel actio. vendi. quem
tex. cum gl. bene, et cum hic ex verbo ex stipulatu et

cum veteribus quibusdam male accepit Jas. in Repetitione
L.is fratter, a fratre. n.º 4. de condict. indebi. existimans
quod in 2. §. ultimo restituatur actio antiqua confusa
nam potius est bene conditio, indebiti, vel actio exempto.
Ex prædictis præterea infertur an in litera hujus tex.
competat actio iudicati de qua actione in L. miles
§. ultimo de re iudica. in L. actori 8. C. de reb. credi.
et iureiu. quæ actio sm. DD. tdé appetari actio in fac-
tum ex sententia de quo articulo vide Juarez in
L. post rem iudicatam. 2. notabi. n.º 4. in principio de
re iudica. ubi resoluit pro executione sententiæ dari
officium judicis: et ideo gl. hic verbo ex stipulatu. Bar.
et omnes resoluunt competere in specie hujus L.is actio-
nem in factum ex sententia: sed forte non competit ac-
tio ex sententia, qi si victus semel tradidit, et restituit
extincta fuit actio judicati gl. in L. Pompinius §. sed
et is verbo de rapti ci si. de procurato. et gl. 1. in L.
Claudius felix. versiculo item actionem in factum
ex sententia, qui potio. in pigno. quæ gl.æ communi-
ter aprobantur sm Alex. hic n.º 8. et sm eundem
Alex. ubi videndus est, in L. per misceri n.º 2. de

adqui. poss. Et ultimo quod iste tex. procedat, ut detur actio præscriptis verbis etiam si expresse pactum non sit resolvunt omnes hic per L. hæreditatem 28. de donatio. Neque obstat tex. per quem Castren. hic contrarium tentabat in L. cum filius 78. §. 1. de lega 2. nam post Bar. bene, et Alex. hic n. 10. xde, quod bene minime actum est, an donattor, vel hæres testatoris repetere possit debitum antiquum confusione sublatum et ita relinquitur dispositioni juris. - - - - - - - - - -

(In tex. bene præscriptis verbis) hæc verba cum sequen. non reperiuntur in quibusdam emendatis codicibus et eorum tamen interpretatione vide in L. sequen. ubi agemus. - - - - - - - - - - -

Ad. L. si pascenda. 8.

(Ibi pecora parciaria) iste tex exponit, quis dicatur pastor parciarius, sicut alias exponitur legatarius parciarius in §. sed quia hæredes, versiculo post quod de fideicom. hæredi. et dicitur Colonus parciarius, in L. si merces, 28. §. uis maior. versiculo aparet locati. Ex quo tex. oritur ratio dubitandi ad hanc L. qi qdm, bene cum parciario Colono, contrahitur locatio. ita videbatur contrahi hic cum pastore parciario; Nec satisfacit responsio Alciat. hic quod ideo in præsenti non fuerit

locatio, quia merces non consistebat in numis, vel pecunia numeratta ex l. 1. et 2. locati in principio Inst. de locatio in l. 1. tto 8. p. 5. nam verior opinio est, et iure communi et usu, et consuetudine hujus regni, quod merces locationis possit consistere in alia re quam in numis vel pecunia numeratta, ut per l. si olei et l. licet C. de locato et per alias ss. resoluit cum quibusdam Pinell. in Rub. C de rescin. vendi. 2 p. C. 3. n. 28. Cona. lib. 7. C. 11. in principio Vbesev. in Rub. ss. locati. Albornoz de arte contractuum lib. 2. in nobis ad ss.m 8. Rursus videbatur, quod in littera hujus tex. contraheretur societas ex l. cum duobus 52. §. si in coeunda

Ad. l. cum duob.

cum sequen. pro socio ad quem tex. bene pretium, n. 7 post Budeum, et alios antiquos, bene vide forcatu. dialog. 25 et Cona. lib. 7. C. 13. ante medium Cuia. in §. 1. de societate. ideo tamen hic non competit actio nec ex locatto nec pro socio, qi cum simus in dubio an fuerit locatio vel societas ut aparet in d. §. vis maior, et in l. si tibi areę 14. de prescriptis verbis, nec ex locatto nec pro socio agendum est, sed potius ex periundum actione prescriptis verbis in l. 1. ad fi. de stimato. actio. et in l. 1. ad fi. de prescriptis verbis: et ut ex actius intelligas premite quod actio semper est edenda l. in principio de edendo. l. edita actio. C. eodem et si quis ex periatur

actione quę non competit, male agit, et ius intentio de
ficit in L. 1. si mensor falsum modium: ideo tutius
est agere in dubio actione, prescriptis verbis, ut in d.
iuribus, et in L. naturalis. §. sed si facio. versiculo sed
tutius erit, et in L. si gratuitam in principio de pres-
criptis verbis: Ex quibus potteris intelligere an sit ve-
ra gl. ultima hic, et an concurrere possit actio pres-
criptis verbis cum alia actione nominata, et usitata
de qua quęstione dicemus in L. in bonę fidei 13. cum
gl. bene verbo actio in hoc titulo. Est autem actio pres-
criptis verbis, quę datur ubi non est actio usitata, et
nominata, ut in L. cum mota in fi. C. de transact.
et in Rub. et per totum de prescriptis verbis, quę
datur iuxta prescripta verba a prętore ut Declarant
Duare. in §. Quinimo de pactis. et idem Cuia. in §.
1. de locatio. et conductio qui melius explicant, quam
Alciat. lib. 4. disputa. C. ultimo, et melius quam Hotom.
et noviores de verbis iuris verbo prescriptis verbis
Et in summâ actio prescriptis verbis datur tam ex con-
ventione expressa, ut in titulo de prescriptis verbis
quam ex tacita, et ex natura rei in L. hereditatem

de donatio. et ita in L. debitori ff. lz. non fuisset pactum expressum daretur actio præscriptis verbis ex natura Rei; et ideo ubi non est tacita ex natura Rei, nec expressa conventio, et suadet æquitas, ut detur actio, dabitur actio in factum prætoria, ut in L. quoties. et bene gl. magistra de præscriptis verbis gl. in §. ultimo verbo utilis. actio de interdict. quæ magistra est Sm. Jas. in L. certi Conditio in principio n. 13. si cert. peta. et Sm. eundem in §. actionum n. 125. de actio. Est tamen hæc docendi ratio minus apta ad interpretationem hujus L. in qua non videtur dubitari de genere actionis, quia ex verbo bene compelletur: videtur implorandum officium Judicis ex gl. 3. vulga in L. si soror C. de Colla. ad quam vide Jas, et alios nouiores hic. Sed rde. quod hic actio non officium Judicis datur ex rationibus de quibus per DD. hic = et tu observa quod arbitrium, et officium Judicis ad aliam rem insinuatur in hac L. Primo qr forte cum gl. 1. hic pastor Apolinaris allegabat oportere esse æquales portiones, sed Judex arbitrabitur sufficere aliquando, etiam inæquales ex principio, et ~~de~~ in §. de illa de Societate, et ex L. 4. tto. 10. p. 6. cum Bal. q. 4. et gl. in L. 1. C. pro socio et cum Menoch. lib. 2.

de arbi. centu. 2. Cas. 125. cum Cova. lib. 3. varia. C. 2. n. 3. Nava. in Commen. de Usuris. n. 33. Atque etiam in litera hujus tex. pastor contendere poterat mortem fetuum expectare solum ad dominum, ex L. quæ fortuitis. L. pignus. C. de pigno. actio. nempe qr pastor in dubio ad custodiam non ad casum fortuitum obligatur in L. cum Pater 79. §. Pater pluribus de lega. 2. iuncta. L. si quis fundum. 10. §. imperator. locati. Et quando, et quomodo teneatur Pastor, vel Custos teneatur de morte animalium, et eam probare uide gl. in L. cum ita legatur §. species de lega. 2. et L. 15. titulo 8. p. 5. Rubios in Repetitione C. 1. § ultimo n. 12. et L. 2. titulo 21. lib. 9. ordi. noui. — — —

Est ultimo pro limitatione quando dominus non tenetur de Casu fortuito uide Jas. hic qui citat tex. in L. titius 25. versiculo sed me. de præscriptis verbis ad quem tex. uide Cuia. ad Africa. Ill.us 8. pag. 112. et Decium et Aliat. hic, et in hac materia citant DD. hic gl. in C. plerique 1. verbo negotiatoribus 14. q. 3. ad quam uide Cova. ubi s. n. 3. sed in presenti pastor tenetur de casu fortuito qr parciarius fuit in L. si Merces. 28. §. uis maior. locati. — — — — — — — — — — —

Ad. L. cum posteaquam 9.

Ibi pactum mala fide factum irritum est) licet dolus

sit difficilis probationis et coniecturis probetur in L. dolum, C. de dolo ad quem tex. vide Boerium decisio 101. n. 3. et 4. et Jas. cons. 141. col. 3. vol. 4. item in hac facilius præsumitur dolus quia mulieres facile decipiuntur L. 2. in fi. ad Veleia. et præsumptio est quod mulieres difficulter donant, et gratis paciscuntur, L. sed si ego 4. in fi. ad Veleia. L. si a sponso bene quod raro accidit, C. de donatio ante nup. et alijs rationibus de quibus Alciat. hic verumtamen hic tex. et præcedit in iuris qui quandoque decipiuntur L. cum de indebito, versiculo sin autem de probatio. nisi sint prudentissimi, et ita intelligitur C. cum dilectus, versiculo penu. ex de his quæ vi metusve, Causa ad quem tex. vide Alciat. hic: imo et prudentissimis arbitrio iudicis faciendum est, quæ et decipi possunt ex gl. in d. L. dolum, et vide L. Divus. circa fi. de in integ. restitu. nec in hoc tex. a principio fuit irritum pactum, sed irritandum ex L. dolo. C. de inuti. stipu. quia irritum aliquando sumitur pro irritando in C. irritam. 11. q. 3. et notatur in auth. ex Causa. C. delibe. præteri. — — —

Ad L. legem. 10.

Ibi ex pacto actionem non nasci) contrarium colligitur ex L. 12. tabu. quam explicat Gellius, lib. 20. noct. athica. C. 1. si membrum meum rupit e pacto tallio esto, quam

L. 61. in ordine interpretatur Baldui ad L. 12. tabu.
et illa verba e pacto exponuntur, id est, ex pactum, vel sine
pacto, quasi evidenter constet, si pactum intercedat obser-
vandum esse, ut constat ex eadem L. quæ alijs verbis scrip-
ta est apud Hotom. et alios ad L. 12. tabu. pag. 218. et 219.
sed rdē in illa L. et similibus antiquis accipi pactum
generalius quam accipiatur in hac L. et similibus ut
constat in L. 1. §. 1. de pact. expliciant noviores. in Rub. S.
hoc titulo et ff. eod. vel potius tempore legum 12. tabu. ex
pacto nascebatur obligatio, et actio non formata, sed quæ
manu Regia expediebatur in L. 2. in principio iuncto.
§. deinde ex his legibus de origi. iur. Ac propterea Caius.
J. C. materiam pactorum in specie de qua agimus in-
terpretatus est, ad ll. 12. tabu. ut constat, ex S. in traditio-
nibus 48. bene observat Duarc. hoc titulo qi tempore Caij
J. C. iam iure civili erant compositæ actiones, nec ex pacto
actio oriebatur in d. §. deinde ex his legibus: Verum ad in-
terpretationem hujus L.is et similium scire debes, quod certis
et nominatis conventionibus certa sunt imposita nomi-
na, et ex illis certæ dabantur obligationes, et actiones in
L. iuris gent. in principio; ex incertis vero conventionibus
certæ non dabantur actiones, qi cum incertæ essent con-
tractus impte fere erat certas constitui actiones L. 1. 2 et 3.

gl. ultima verbo detrimentum, in C. quamuis pactum in C. quæ communiter aprobatur Sm̄ Coua. bene 3. p. §. 3. nº. 7. declarat copiose Juarez 3. in qm̄ in prioribus 4. limitatione L. regiæ nº. 8. et in 10. ampliatione d. L. qm̄. nº. 62. et uide relatos a Molina de primoge. lib. 2. c. 3. nº. 47. Et in utraque quæstione et efectu observandum est, quod renuntians supervivat parentibus in quorum fauorem renuntiauit. et etiam observandum quod propter renuntiationem renuntians aliquid recipiat ut notauit Bar. d. qe. 4. per tex. in L. 1. §. aduersus si quid in fraud. patro. et notant fere omnes DD. s. dicti et præcipue declarat Rolandus a Valle cons. 11. per totum 1. p. Ultimo an pater, vel mater cuidam extraneo donare, vel relinquere possit partem renuntiatam facti questio est, quia si solum in fauorem patris, vel matris fit renuntiatio, poterit utique cui uoluerit præstare, ut sentiunt DD. omnes ubi s. et declarat Guido papæ Cons. 158. ad fi. si tamen renuntians dederit electionem patri ut relinquat uni ex filijs cui uoluerit, tunc sine dubio filius electus habebitt præcipuam partem renuntiatam, quia non habett

Causam a patre eligente, sed magis a renuntiante, ut est expressum in l. cum pater §. hereditatem. el. 1. de lega. 2. et in l. unum ex familia in principio et in §. 1. eod. at vero si renuntians fecerit contemplatione tacita vel expressa fatrum quae contemplatio ex indicijs, et conjecturis colligi potest, in l. qui filiabus. 17. in principio de lega. 1. necessario persequi debet voluntatem tacitam vel expressam renuntiantis ex d. l. si arrogator, et ex d. l. unum ex familia; atque ideo omnibus fatribus decedentibus potterit renuntians quantumvis iuraverit succedere patri, vel matri ex traditis ab Alex. Cons. 29. n. 8. et 9. lib. 3. et prosequitur late Coua. in d. C. quamvis 3. p. §. 3. n. 4. per totum. Quatenus autem gl. penu. hic oponit l. rem alienam de contrahen. emptio. et oponi potest, §. non solum inst. de lega. cum similibus satisfacies cum Bal. in l. fi. n. 17. oposit. 18. C. de hered. insti. Quatenus vero gl. oponit l. 2. §. illud de heredi: vel actio. vendi. post communem solutionem quae defendi non potest, vide aliam Fulgo. Alciat. Purpu. qui additi sunt ad Decium hic n. 22. Et tu observa quod dictio maxime in d. §. illud non implicat, nec signi ficat etiam, sed potius sumitur pro d.

vel utique vel ita verum est, iuxta illud Terentij in Eunucho in Parmeno fac ut illi huc adiuantur et subdit Parmeno maxime. Et ultimo post varias quæstiones quas DD. hic mouent, videbis relatos ab Alfa. collect. 93. et cc renuntiationes factas ab ingredientibus religionem, vide quæ diximus in L. pactum quod dotali §. hoc titulo. Et nunc constanter defendimus quæ bene diximus atque addendum est, et in praxi seruandum quod ex Concilio Trid. Sess. 25. C. 16. sub tt.o de regulari valere debent omnes renuntiationes quæ alias valebant, et in Concilio solum iudicantur nullæ, quæ fiunt contemplatione religionis ante 16. annum ut probatur in C. 15. et in d. C. 16. nulla quoque renuntiatio expensa dictione quoque, quæ implicat, et significat idem quod in casu præcedenti in L. ius iurand. quod ex conventione §. procurator quoque ubi declarat Tas. n.o 1. de iure iuran. et facit L. verbo victus, 43. versiculo vestem quoque de V. S. atque etiam expensa dictione antea. de qua ind. C. 16. quæ significat ante tempus prædictum, sz. 16. annorum ut alias in L. non distinguemus §. illud de arbitris et in L. proponebatur de judicijs. — — — — — —

Ad. L. 2.am C. de rebus creditis et iure iurando.

Varia et antiqua lectione refertus Commentarius ex officina Ægidij Ramirez.

Vereor ne hactenus decepti sint interpretes dum varijs, et minime necessarijs divinationibus facilem et expeditam (ut ego arbitror) huius rescripti sententiam obruant, circa cuius interpretationem laborant Acur. Bar. Bat. et alij hic et in L. si duo Patroni. 13. §. ultimo ff. de iure iur. ubi preter alios Jaso. multum sudat et laborat Coua. in C. quamuis pactum. de pac. in 6. 1. p. §. 7. Padilla. in L. si quis maior ex n.° 1. C. de transac. omnium latissime. Menoch. lib. 2. de arbitra. Centuria 4.a Casu. 319. post Robertum lib. 2. sententiarum C. 20. Duare. lib. 2. disputationum C. 37. Cuia. lib. 2. observationum C. 19. et lib. 6. C. 7. Jacob. Rebar. lib. 2. de iuris ambiguitatibus C. 3 et lib. 5. C. 7. Antonium Concium ad L. Jul. Majestatis sub. L. 2. C. illo titulo et vide L. 26. titulo 11. P.a 3. et L. 1. cum sequen. titulo 6. de los Periuros lib. 8 noue. comp. ubi de pena periurij Cuius incommoda colliges ex Aristote in Rethorica

obscurus est locus iste.

Indicantur loci rei interpretatio 5. tex. tractatur

Alex. C. de iure iur. Aulogelio lib. 7. noctium athicarum C. 18. fran.co Polletto lib. 4. historiæ fori Romani. C. 14. et multta coniecit Cabalinus lib. 2. mille loquiorum C. 590. Julij. Clarus in praxi §. per iurium quos adde huic tex. et nos latius resoluimus.

In tex. ben.o iuris iurandi.

2 Arctissimum iuris iurandi vinculum

Nullum vinculum artius ee iuris iurando ad astringendam hominum fidem maiores voluisse prodidit Cicero ad extremum lib. off. sub n.o 151. quantaque fuerit iuris iurandi apud Antiquos Religio bene satis indicat, et ostendit Aulus Gelius lib. 7. noctium athicarum C. 18. de cuius varia, et multiplici forma videndus Alex. ab Alexan. lib. 5. dierum general. C. 10. cuius difinitionem concine scripsit Arista. in rethorica Alexan. C. de iure iur. ut sit dictio cum veneratione Divina, sive ut inquit Cicero §. affimatio Religiosa quod videtur posse deduci ex L. qui per Salutem. 33. bene respectu divini numenis ita iurat ff. de iure iur. L. 1. titulo 11. p.a 3. quam difinitionem explicat Soto lib. 8. de Justitia, et jure q. 1. art. 1. Duarenus in paraphrasi de iur. iur. C. 1. Corra. in preludijs ad L. ad monendi. ex n.o 7. ff de iur. iur. et in eam alias

Difinitio iuris iurandi ex Aristo. et Cicero.

omnes iuramenti definitionis incidere contendit Coua. in initio. C. quamuis pactum de pact. in 6. et simpliciter scripsit Geronim. Berruti. lib. 9. de verborum significatione verbo ius iurandum licet 12. definitiones Bolonetus scribat in L. si quis maior ex n. 9. C. de transactio. et ind. L. admonendi ex n. 3. et plures Pontificij interpretes lib. 2. decretalium ad rubri. de iur. iur. cui hec addes et gl. in summa 22. q. 1. atque cum non satis liqueat, que fuerit solemnis apud Ethnicos iuris iurandi formula illud tamen pro exemplo rato habemus addi solitum ad calcem et conclusionem si sciens falso Diesphiter salua urbe arceque bonis eiiciat sicut ego hunc lapidem ut ex Ciecerone. lib. 7. epistolarum et Aulo gelio explicat Celius Rodoginus lib. 11. antiquarum lectio. C. 49. a quo multa furatus est, tz dissimulet Cuia. lib. 1. observationum C. 21. Duare ubi S. C. 1. et 11. qui sic intelligunt rationem L. qui iurasse. 26. bene qui sciens falere non potens de iure iur. cui adde quod docet Divus Ambrosius Sermone 14. in psalmum 118. neminem velle iurare nisi quis scit quod iurat, quia scire est initium scientę testimonium qz conscientior, quę scientia, et conscientia in pupillum cadere non potest propter rationem L. 1. versiculo impubere C. de falsa moneta

3 Non liquet, quę fuerit apud Antiq. observata iuris iurandi forma

L. qui iurasse. 26. D. de iure iur.

eandemque iuris iurandi conclusionem simul et Religio
nem observat Carolus Sigonius lib. 1. de Iudi. C. 28. ubi post
S. Relatos ostendit maximum et Santissimum iusiur-
Iobis Lapis. andum Romanis fuisse per Iobem lapidem cuius
originem explicat Celius Rodogi. d. C. 49. et lapidem
Capitolium appelat D. Agusti. lib. 2. de Civitate Dei
C. 29. uti ibi in scholis aduertit Ludouicus Vivas
Iuramta. sup- erstitiosa erant tamen aliqua iuramenta superstitiosa quale
illud Socrati familiare apud Platonem p. Canem.
et anserem, quod irridet Lactantius firmianus
lib. 3. diuinarum institutionum C. 20. et de quo po-
test intelligi Rescriptum Diui pij cuius Vlpianus
meminit in l. non erit 5. versicula Diuus Pius ff. de
iure iuran. et quam varijs modis contingeret jura-
re apud ethnicos late refert Alex. ab Alexan.
ubi S. et apud antiquos Patres ex Sacris literis
multa coniecit nouissime Guillermus ad Lotus in
thesauro bibiliorum verbo iurare. et iuris iuran.
Iudeorum meminit flavius Josephus lib. 2. anti-
quitatum Iudaicorum C. 24. illud vero solemne
fuit apud Romanos ut in judicio esset in arbitrio

5 Iurare conceptis verbis. Iuramentum adversario deferentis concipere formam iuris iurandi idque conceptis verbis iurare dicebatur ut notat Lambinus apud Horatium Libr. epodon. odę 15. ad illum Carmen in verba iurares mea ita ut si conceptta, et prescriptta oblataque forma non observaretur, re integram dum erat ius iurandum, ut colliges ex tex sic intelligendo in L. 3. §. ultimo cum duob. Seqq; et in L. qui per salutem 33. bene ex integro solemniter iurandum est ff. de iure iuran. et recte explicat Duare. in paraphrasi illius tit. C. 1. et 11. licet conceptis verbis iurare hodie etiam dicatur Magistratus et prefecti iuris dictionibus qui iurare cogunt, conceptta iam forma ante suscepatum officium ut advertit Philipus Bradeus ad Historiam poleti lib. 4. sub C. 14. scholio 5. et tu induces elegans exemplum ex C. ego N. 4. de iure iuran.

L. qui per salutem 2. de iure iurando

6 Iuramentum Christianorum. Cęterum iam hodie apud nos Xpianos cautum, et introductum est ex sacris constitutionibus, ut iuretur per Deum ejusque Matrem, et Sanctum Signum Crucis tactis sacrosanctis Evangelijs ex Justiniano in auth. de Santissimis Episcopis, et ex L. generaliter 11. §. fi. in hoc titulo L. rem non ordinam C. de Judi. L. de creationibus 20. C. de episcopa audientia, et alibi

sepe et illa etiam forma prescripta fuit in Nicena Synodo ac Tit. 4. Col. 2. versiculo eximius pag. 5. 12 et in 6. Synodo Constantinopolitana ac Tit. 6. sub Agattone Pag. 378. Vol. 2° Conciliorum et observat Guillermus forneriq. lib. 1. Selectionum. C. 28. - - - -

In tex ben.° contempta Religio

7 Lectio contempta aptior est.

In aliquibus Codicibus legitur contempti, sed (uti ego arbitror) non tam apte propter rectum sensum quem mox explicabimus; Religionem autem definit Plutarchus in vita Pauli Aemilij per cienciam divini Cultus, nam Religio pro pie erga Deum est, ut colliges ex L. 2. ff. de Just.ª et Iu. et sic Religionem pro cultu divino exposuit Cicero lib. 2. de natura Deorum n.° 6. sicut et Divus Augusti. lib. 10. de Civitate Dei C. 3. quo argumento ego interpretor Religionem iuris iurandi in hoc tex. pro ejus cultu et veneratione ut sic intelligas L. 1. ff. de iure iur. atque in multis iuris locis Religio simpliciter adiecta pro iure iur. accipienda est, ut intelligas L. quanto magis 24. bene Religio filio cum L. sequen. bene propter Religionem ff. de iure iur. et L. quod si deferentto 22. bene stari enim Religioni debet ff. de dolo idque subiecta materia et mentio iuris iuran

Religio Quid

L. 1. D. hoc tt.° et Religio pro iuram.to;

di prius facta inducit in specie illarum. ss. et qua ratione iuris iurandi dicatur Religio colligitur ex Dominico Soto lib. 8. de Iustit. et iure art.º 4. quo sensu Plutarchus problemate 27 dixit, antiquis fuisse magnam iuris iurandi Religionem hoc est Cultum et venerationem, quia semper respectu Divi numinis iuratur ut s. dictum est scholio iuris iurandi ubi de magna eius veneratione, et Religione et docet D. Bernardus lib. de modo bene vivendi sermone 32. ejusque magnam authoritatem probatur 3. thomo Consiliorum in octava generalis synodo sess.e ultima Col.a 5, in fine. pag. 466. et multa de iure iurando. et ejus Iustitia et Religione legere poteris apud Sixtum Senensem lib. 6. biblio thecæ. Sanctæ annot.e 25. et 26. propter eaque neminem velle peierare propter tantam iuris iurandi Religionem metumque Divini periculi imminentem probari posse docet Aristo. in Retorica Alexandri C de iure iur. Quintilian.s lib. 5. institutionum oratoriarum. C. 6. et vide quæ scribes in scholio sequenti.

In tex. ber.º satis deum habet ultorem.

Omnes hactenus hujus loci inter prætes quorum men-

8

Comm. Colectio ex hoc tex. nulla pęna humana plecti deierasem

tionem facimus in exordio hujus Comentarij ex his verbis sequi existimarunt, nulla pęna humana afficiendum eum, quę peierase convictus fuerit sed deo periurio ofenso, et violato pęnę exactionem vindictam, et ultionem relinqui oportere quam interpretationem. Acursij. et Latini. Talellęus, et Greci interpretes probarunt ut constat ex Constantino harmenopulo lib. 1. epithomarum titulo 7. de iure iur. divente. Nemo qui per Deum peierat periclitatur satis enim deum ultorem habet iuris iurandi per deum prestit contempta religio. cuius integra verba retullit Jacobus Menochius lib. 2. de arbit. Centuria 4. casu 319 n. 27. sicque omnes constituunt ex hoc rescripto sufficere, periuro pęnam Divinam, quam esse exitium Humaná. de decus: ab Aristotele qz accepit in Rethorica Alexan. c. de iure iur. et periurium numquam adeo fine

Numquam periurium inultum

ultione relinqui ex Deuteronomij C. 5. satis colligitur et probatur 3. thomo Conciliorum con. Provin. Colonię. celebrato Anno. 1536. p. 1. 3. C. 13. et prodigiosaz, actusqz missam iuris iuran. falsi et periurij vindictaz memorię prodidit Eusebius lib. 6. historię Ecclesiasticę c. 9. et de perjurij Culpa. et reatu

scripserunt D. Bernardus lib. de modo bene vivendi Sermone 32. D. Grego. Sup. 39. c. 306. c. 2. D. Thom.s 2. 2.e p. 69. Dominicus Soto. lib. 8. de Justitia et Jure. p. 2. art. 1 cum Seqq: hanc ergo pœnam periurij sufficere omnes crediderunt; quod videtur confirmari posse ex Tiberij imperatoris responso relatto a Cornelio tacitto lib. 1. annalium, qui cum aliquando apud eum aliquis accusaretur, quod periurio violasset nomen augusti respondit Deorum injuriæ Dijs curæ eoque respexisse videtur Plato lib. 12. ll. relatus a Fran.co Poletto lib. 4. historiæ fori Romani c. 14. Constituens, ut per Jobem et Apollinem in foro iuraretur ratus hos deos periurij severos esse vindias sed tunc infinitæ et implacabiles prope occurrunt dificultates propter varia juris loca in quibus periurium humana pœna vindicatur ut in l. siquis maior c. de transact. ubi præcipue notatur: infamia docent Aristo. et Cicero relati, hæcque fuit dubitandi ratio in l. lucius ubi videt Acurs. ff. de his qui notantur infamia, item et exilio multatur periurium in l. ultima ff. de crimine stelionatus, fustibusque et verberibus ceditur in l. si duo Patroni 15. §. ultimo ff. de iure iuran. et pœnam esse imponendam colliges ex l. servus. 21. §. ultimo cum duab. Seqq. ff. de dolo, nec

9 Deorum injuriæ Diis Curæ.

Opugnatur Commn. Collectio ex variis locis rei iusiurandum pœna humana coercetur.

Infamia v.e 1. n. 29.

Exilio.

Verberibus.

pena carere videtur in L. ultima, in hoc titulo, et periurium

fin. ff. pena notari satis probatur in Conci. 1. mathis-

conense circa tempora Pelagij 2. Can. 17. th. 2. Consilio-

Linguae amissione. rum et sane periurij postulatum ex iure Civili linguam

amitere observat Harmenopol. T. relatus neque ulla

dere Censores, et Pontifices Romae gravius et diligentius

cognovisse auctor est, Cicero. lib. 3. oficiorum ad finem

quin imo et Procopius refert lib. 1. de bello gotico totillam

Manuum abscissione. regem Episcopo periuro ambas manus abscindi jussisse { V.e Jacobum Durantium lib. Var. c.

cuius penae rationem curiose explicare tentat Guiller

mus fornerius. lib. 3. Selectio. C. 28. Macobriusque lib. 3.

Saturnal. C 13. commemorat eum, qui falso iurabatt

in Sicilia vitam in Lacuna palliorum amitere. ut in

terin omittamus quod mox explicabimus iure Pontificio

et Regio ultricibus gravissimisque penis reum periurij affici.

Quam dificultatem ut componant DD. varijs in locis

eos laborare video et post Bar. 5. Salicet ad multas et

11 Rationes variae DD. in interpretatione h. tex. } in explicabiles distintiones subiectis etiam varijs sub-

distintionibus confugit cuius dicendi rationem hac in

parte laudat, et commendat Bosius in praxi tt. de periu-

rijs; nec discrepat Julius Clarus lib. 5. receptarum sen

tentiarum §. periurium, et varias interpretationes

retulerunt Costalg. in L. si duo Patroni. §. ultimo de iure iuran. Menochius et Padilla in principio relati et tamen Bar. hic cui videtur subscribere Bal. existimat hanc L. accipi oportere de Juram. litis decisorio et delatto a parte parti X.a L. 1. §. eod. tit. quasi de periurio non sit quærendum eo casu sed tantum inspici oporteat cum iuramentum sit arg.to L. non erit §. datto. de iure iuran. L. adversus 15. versiculo non prætor ff. de exceptionibus quam interpretationem probare videtur Eguinarg. Baro. in L. quod si deferenti ff. de dolo. et videntur etiam consentire Dida. Pere. et alij ꝯ relati: et L. Regiam 26. tit. 11. P. 3. Sed eam tanquam divinationem, et commentitiam iure reprehenditur, Padilla in L. si quis maior n. 1. C. de transactionibus ut vehementer restringit generalem hujus rescripti determinationem tunc etiam quia LL. C. numquam aut raro cohærent aut una ab alia quasi simila oratione pendet cum omnes contineat certam et absolutam jurisdictionem item etiam et hoc habet incommodum, quod si principum huius L. ad superiorem referas (ut nonulli volunt) disona erit et male sibi cohærens tota hæc decisio porpter vers. Periculum autem Corporis quod

De iuram.to promissorio intelligi volebat D. Sarmient. lib. 1. collictar. c. 3 n. 2.

Ut hæc L. intelligatur de juram.to decisorio.

Regia L. probatur.

12 Divinatoria et falsa est interpretatio.

non aduertunt qui eam interpretationem in Scholis

Inducit L. quod si de fente D. de dolo.

tanquam novam vendittarunt contra quos ego induco tex. in L. quod si diferente 22. cum L. Sequenti de dolo. ubi qui iuramenti sibi delati a suo aduersario Religionem contempserit et deierauerit periurij pena coercetur licet Causa, et controuersia semel decisa delato iuramento pretextu periurij nequeat retractari propter Rationem L. 1. et 2. ff. de iur. iur. adiuncta L. Causas 15. C. de transactionibus. et L. 1. in principio ff. quarum rerum

Interpretatio L. 1. §. tt.° et L. non erit §. dato. D. eo.

actio non detur et hoc est quod probat L. 1. §. hoc tex. et 2. L. non erit §. §. dato, et L. nam et postea 9. §. iure. iur. L. duobus 28. §. ultimo L. admonendi 31. cum

L. ulti. hoc tt.°

alijs ff. de iure. iuran. qua in parte introductum contra Justi. ius novum in L. ultima hoc titulo fauore ultimarum uoluntatum et fideicommissorum ut putat Bald. in suo Justiniano p. 344. licet bene Accur. verbo lucrum et alij interpretes et ind. L. admonendi non leuiter laborent et uidebis omnino forcatulum in cupidine iurisperito C. 18. n. 7. Tran. cum Gratianus lib. 2. de LL. conciliati.e pag. 125. cum Seqq. quos addo ad L. ultimam. — — — — — — — —

131

Alia Accur. interpretat.° de peiorare in negotio nemini incommodo V.es 1 n. 3

Neque magis probenda erit alia Accursi interpretatio traditta hic scholio primo de eo qui iurauit in negotio

quod nulli infert incommodum uti in exemplo adiecto in L. 2. § ad L. Juliam maiestatis ubi itta accepit Concius quę Senttentia licet in usu forensi, et a multis sit recepta, ut tali periuro nulla imponatur humana pęna ut quod tamen attinet ad hujus rescripti intterpretationem redicula est et admodum iniquę coercet generalem ejus propositionem. ~ ~ ~ ~ ~

14 Alia eiusdem interpretatio de periurio iracundię Calore Commisso. cor. recepta

Nec magis placere debet illa alias ejusdem Acursij interpretatio scholio ultimo hic et in alijs locis repetita ut hęc Alex. Cęsaris Constitutio accipiatur de religione iuris iur. contempta non sedato et composito animo ut in LL. Contrarijs sed potius calore et impetu quodam iracundię, et consentire videntur greci interpretes tan hic quam ind L. 2. ubi itta exponunt illud verbum in Consulto et solet induci L. 1. C. si quis imperattori, maledixerit eod. L. quidquid Calore iracundię ss. de reg. iur. quam intterpretationem recepttam multis relatis testatur D. Anton. in d. L. si quis maior n. 1. C. de transactionibus et satis probat Duare. lib. 2. disputationum C. 37. Cuia lib. 8 observ. C. 7. forcatulus d. C. 18. n. 2. et in hunc sensum hanc L. cittat Petrus Loriotus de apicibus iuris titu de reg. iur. axiomate 189. et constanter defendit Menochi. lib. 2. de arbi. Casu 319 et ex n. 22. qui nobe

inducit exceptionem illam de qua in vs. et si pervenera
tionem principis quodam Calore, necesario arguere regu-
lam in principio propositam eadem ratione intelligendam
exceptionemque debere esse a regula eamque declarare
ex l. namque liquide 11. versiculo ultimo ff. de penu. lega.
l. quæsitum 12. Col. 6 §. denique ff. de fundo instructo

15 Refelitur relata interpretatio

Sed sane hæc interpretatio multa habet peccata ob quæ
merito debet reprehendi. et primum quidem quod
dictio illa cæterum adversativa est, et inducit di-
versitatem in jure et in facto, ut est l. sed et si lege,
ff. de peti. hæredi. bene notant omnes, receptissimum.

Dictio cæterum.

Secundo etiam quia hic iusiuran. temere et inconsulto
præstitum Calore iracundiæ emissum non soleat obligari
iurantem quoties non vertitur alterius incommodum
tamen esset procul dubio ridiculum idem de periurio
affirmare cum vana sit excusatio iracundiæ. si in
alterius injuriam et perniciem esset deieratum et
potius considerare tex. in C. qui sacram. 22. q. 4. et
quia si in delictis Caloris et iracundia excusatio
admiteretur, vix locus fieret delictorum punitioni

Iracundiæ in delictis vana et perniciosa excusatio.

quia facile esset delinquenti respondere iratus feci.
ut cum Alexan. Roma. et alijs tradunt Decus. et Cag

nolus n. 6 in l. quidquid Calore 48. D. de Reg. iur. et po
teris inducere l. si convincij 5. C. de iniuriis, tunc etiam
et iracundia vide in periuriis in iuditio comissis posset
considerari et in alijs negotijs quę fiunt ex aliqua de
liberatione, ut bene considerat Robertus lib. 2. Senten-
tiarum, C. 20. licet reprehendatur contra menochios ubi
16 5. n. 13. et 14. Rursus etiam si cum iuditio adverteas
facile deprehendes sm illam iracundię interpretationem
ineptissimam, et inconcinam faturam verborum et clau-
sularum hujus rescripti connexionem namque si instio
proposuit imperattor (prout illi volunt) periurium
Calorem iracundię comissum nullum habere ultorem
preter Deum neque pęna humana vindicandum: frus
tra subiecit statim idem imperattor, cęterum Corpo
ris periculum ut Crimen majestatis non placet
inferri periurio etiam si Calore iracundię periera-
verit contemnendo principis venerationem quam
iuraverat nam si ex generali illa propositione erat
expeditum non ā periurium iracundię Calore perpe
tratum aliqua pena humana vindicandum: Ociosa
sane fuit illa adiectio de periculo Corporis, et crimine
majestatis non inferend. etiam si iratus quis diceraret.

Indicatur absurdum qd infert relata nostra iracundię interpretatio

dictio et si amplificat orationem V. Gramm. q. 4. n. 4. lib. 2.

ut si etiam adventas aliud quod longe absurdius videtur, quia cum natura illius dictionis et si sm. subiectam materiam versetur in amplificanda oratione precedenti ex C. tanta de Symonia c. 12. de procura. in C. et cum Geminiano et Aymonio agnoscit, et perpendit hic Menoch. d. Casu. 317. n. 25. procul dubio longe minus est quod ponitur in amplificatione, quam in priori propositione. Quo uno argto. etiam reprehendenda est, alia hujus legis interpretatio, que placuit Roberto

17 Reffelitur etiam alia interpretatio Rebard. et Rober.

O. C. 20. et consentit Revardus lib. 2. variorum c. 3. qui existimant constituendam esse diferentiam inter eum qui per Deum iuratus et eum qui per principem deieraverit ut qui per Deum Deum ipsum solum habeat ultorem ut in principio hujus Legis, qui vero per principem habeat iudicem ipsum Principem; ut in L. si duo, 13. §. ultimo ff. de iure iuran. nisi forsam Calore iracundie, quis per principem iuratus perieraverit un in 2. p. hujus tex. et in L. 2. § ad L. Juliam maiestatis, que etiam interpretatio aperte repugnat generali decisione C. si quis, maior, C. de transact. et L. quod si deferente 22. cum L. sequenti. ff. de dolo in quibus ea diferentia

non admittitur item etiam et patitur illud, a nobis
patefactum absurdum; haberetque hunc sensum hoc
rescriptum: qui Deum iuratus deierat a solo Deo punitur,
Cetarum quod principem, ipsum principem habet ulto-
rem pœnam, tamen Corporis, aut lesæ majestatis non placet
inferri, quamvis quodam inconsulto iracundiæ calore
fuerit per iurium commissum: quo nihil absurdius dici po-
test adde etiam si placet hanc interpretationem Divi-
natione non carere, quod vitium alijs etiam commune est,
sicque non magis probanda erit interpretatio Contij
18 Rejicitur interpretatio Contij. in d. L. 2. § ad L. Juliam maiestatis, quæ prius fuit, Equinarij
Varonis in d. L. quod si deferente ff. de dolo; qui intte
lliguntur hunc tex. in eo qui extra iudicium et contrac-
tum iuratus deiuraverit et quodam Calore ut non
puniatur aliqua pœna, nam si in contractu punitur
Qui extra iudicium et contractum deierat non punitur. ut in d. L. Si quis maior et in L. ultima ff de crimine
Steliona. si in iudicio ut in d. L. si duo. § ultimo et in
d. L. quod si deferente, cum seqq, sed ut vides hæc
maxima est divinatio et Cavilatio, repugnat-
que rectus et elegans huius contex. sensus. Denique
Cova. in C. quamvis pactum 2. p. § 7. n. 2. de pact. in
19 Declaratio Covar. magis consonat. C. Relatis nonnullis interpretationibus a nobis superius

non iniuria reiectis) tentare uidetur Alexan. Cesarem hic constituere iure iurando contempto Deum inprimis offendi idque circo grauissime ab eo uindicari ac propterea cum tan gravis periuro imminet ultio Divina, temperandam esse penam humanam aliquidque de ea laxandum, ac in consequens pena corporali periurij Crimen vindicandum non esse a quo sensu non multum discrepat Robertus lib. 2. Sententiarum. C. 2. Col. 1. Sub litera, d, et esse tolerabiliorem interpretationem existimat Padilla in d. L. Si quis maior sub n.º 1. in fine, C. de transact. Et neminem referens tamquam novum tradit Perez ad L. 1. tit. 4. lib. 3. antiquita. Ordi. gl. verbo positio pag. 920. que acceptio in eo reprehendi non potest, quod aperte inferat minime probari hoc rescripto, pena aliqua humana, periurium non puniri, ut alij falso existimabant: Quin potius de grauissima illa pena aliquid esse remitendum, sicque penam humanam ex hac L. non esse sublatum uti etiam obiter et aliud agens scripsit Fr. gracianus lib. 2. de conciliat.e L. pag. 127. quod iam dudum ipse mihi verissimum esse persuaseram sed adhuc si verba hujus tex. perpendas inter

Gravis pena periuro imminet acq.e ideo humana temperanda.

Hac L. probari puniendum periurium pena humana

20 Adhuc deficit illa declaratio

prætem requires et in multis offendes, quæ negotium totum hunc contex. intelligere desiderantibus faciunt quo respiciant illæ duæ dictiones autem et si et quid denique nove inducat illud verbum placet, et quæ sint ista constitutta Divorum, imperatorum quorum hic fit mentio, non immerito spectabis, quia hactenus explicuit nemo, ac propterea si Hispana feceris hujus rescripta verba electa quam volueris ex relatis in perpetrationibus, videbis apertte per absurda quidem esse, et minime consentanea quæ interprætes antte nos comminiscuntur recitis igitur et profligatis aliorum cogitationibus ego existimo longe aliter esse accipiendum hoc Alex. rescriptum quam vulgo hactenus creditum est, et in primis animadverto errandi ocasionem præbuisse hanc dictionem Satis male acceptam, quæ non eum habet versum, ut aliam ultionem præter Divinam excludat, sed potius hic non aliter quam in alijs pluribus iuris locis significare idem quod dictiones multum, aut valde, ut in L. debitor 45. § in fidei comissaria, bene satis iniuriam facit H. de fideicomissar. lib. 9. L. ultima bene cum satis diu H. ad turpi. L. Scalig. 7. §. bellissime bene nisi ex magna, et

21 Nova, et elegans S. L. explicatio

Dictio Satis S. significat multum et vehemens et valde.

satis necessaria Causa ff quod ui aut Clam. in L. Scio 4.
ff. de in integrum Restit.e, in quo sensu passim dicimus
satis iniquum, satis in Civile, satis ofensus, id est multum
et valde in iustum ut ex varijs Ciceronis Locis pro-
bat Carolus Stephanus in thesauro Ciceroniano verbo
Satis. Et ex iure Civili Hieronimus Berutius. lib. 17
de verborum Significat.e in quo sensu aui pi oportere
in proposito Rescripto Resta eius Sententia suggerit
et nos se cure arbitramur, ut sit Consensus Deus mul-
tum et valde ultor est iuris iurandi contemptę Reli-
gionis grauissimisque Suplicijs solet hujusmodi Cri
men vindicare ut sic iam uideas non probari bene
quod inter prętes opinabantur, nempe, periurij Crimen
nullum aliam habere vindicem prętex Deum ex qua
tan prava acceptione tanta dificultas nata est, et hęc
de 1.a hujus tex. parte. — — — — — —

22.
Vera etiam 2. p. 5. tex. interpretatio.

Pro inter prętatione vero Secundę partis hujus Legis non
nulla observabis ob inter prętibus negligenter prętermissa
et illud in primis apud Ethnicos longe grauij puniri so-
litum periurium illius qui Principis venerationem iura-
verat quam illius qui contento Dei maximi numine die-
rauerat ut probat Septimus Florens in apologetico adversus

Ethnici grauius puniebant qui nomen Augusti q3 Dei periuro violabant.

gentes C. 24. et memoriæ prodedit Marcus Minutius foli in vitta Octavi et meminerunt Rebard. lib. 2. variorum C. 3. n. 2. forcatulus in cupidine iuris peritto C. 18. n. 3 fiebat non lesæ majestatis Reus, ut Constat ex hoc tex. bene aut majestatis Crimen et ex L. 2. § ad L. Juliam maiesta. quæ ut magis tto. Conveniat, accipienda est de eo qui principem iurauerat, ut ex grecis puttatt bene Antton. Concq. in principio item et fustibus publice castigabatur et insuper uoce præconis super indicebatur ei ad ostendendam Causam punitionis, temere, præcipitanter et inaduerterter ne uires hoc que significant illa verba greca relata ab Ulpia. in L. si duo 13. §. ultimo ff. de iure iuran. quæ bene exponitt Concq. ubi s. explicam quales essentt illæ super inditiones, quod etiam fecit Duare, in L. in actionibus n. 54. ff. de in litem iurando, Rebard. lib 5. variorum C. 7. Cuia. lib. 13 observ. C. 3. de qua pœna jetium fustium accipiendus est tex. istte bene periculum autem corporis præterea etiam obserbabis imperattores illos quorum meminit Ulpia. in d. §. ultimo bene imperattor nostter cum patre suo rescripsit esse proculdubio Marcum Aurelium, Antoninum, Piim Basianum Caracalam, et ejus Patrem Septimum Severum

Periurus Reus majestatis fiebat,

Super indictiones

Antonin. et Sever. sunt imperatores qui b. commemorantur

Antoninum Pertinacem quos socios fuisse in imperio
Colliges ex L. cum hic status 39. in principio ff. de dona
tio inter virum et intelliges L. si ego 10. versiculo dotis
ff. de iure dotium et magis L. a Divo Pio 15. §. Senten
tiam Romae ff. de Rei iudi. et l. toties 6. versiculo
si quis bene imperator Anto. noster adiuncto ver
siculo sequenti bene imperatoris nostri et divi
Patris ejus ff. de pollicitationib. L. Rescripto 6 §. si
quis accusatorem sm lectionem Florentinam ff.
de muneribus, et hono. et ad inter pretationem
multarum LL. ex infinitis iuris locis ostendunt
Anton. Augusti. lib. singulari ad modestinum pag.
259. cum seqq. sub L. preterea ff. de excusationibus
tutorum Lacius Rebard. lib. 3. variarum C. 10. n. 13.
Berutiq post librum de verbor. signif. in libello inscripto
Anni, et vitae imperatorum Col. 1064. quod vel
eo libentius annotavi quod egregie labetur hac in re
Robert. lib. 2. sententiarum C. 20. Col. 2. intelligens
d. §. ultimo de Aurelio Alexandro quem constat
authorem esse hujus nostrae L. et testatur Wolfangus
in Sitaphonia iuris pag. 504. et Roberti error aperte
convincitur ex hoc tex. bene sm constituta Divorum pa

Roberti lapsus circa L. si duo §. ultimo

rentorum meorum quæ verba proculdubio referenda sunt

(uti ego iudico) ad illam constitutionem cuius meminit

Ex hoc tex. deducitur Alex. Sever. vera, vel per adoptio. fuisse filium Antonini nepotemque Septimi Sever.

Ulpianus in d. §. ultimo ac proinde non male ex hoc tex. deducitur tz nemo consideret Alexan. Severum vere aut saltem per adoptionem creditum. aut habitum fuisse pro filio Marci Antonini Pij et Nepotis Septimij Severi a quo et ipse Severus fuit cognominatus ut ex Lampridio et alijs authoribus constat; et probat Agustinus ubi T. et constat ex inscriptione relata a Vuolfango T. pag. 500. tz de patre variatum fuisse testatur sicut et Archiepiscopus Vienensis in chronico Ætate 6. pag. 133. nec te moueat contra nostram interpretationem

Ulpian. floruit et vixit sub multis Imperatoribus

quod constet Domicium Ulpia. floruisse, et vixisse sub Alexan. Severo. hujus L. autore et ex L. 4. C. de Locatto. ex L. 4. C. de commit. Stipul. observat Vuolfangus T. pag. 503. Bernardinus Ruptilig. in vitis iuris Consultorum in vitta Ulpiani 244. quia non ideo protinus consequitur non vixisse sub alijs etiam imperatoribus Parentibus Alexan. a quibus Testam. ei fuisse tutorem datum T. relati comprobarunt. — — —

24. Quibus itta constitutis iam relucet genuinus ett

Absolutus S. tex. Sensus.

verus Sensus hujus L. hoc modo conceptus: Quamuis Deus Valde et multum ulciscatur juris jurandi contemptam Religionem sitque vehemens tanti Criminis vindex. cæterum placet non inferri deieranti periculum Corporis fustiumve pœnam aut majestatis Reum fieri (prout imperatores Parentes mei constituerant,) et hoc idem volumus laxari etiam siquis iuratus nomen et venerationem Principis deierauerit non considerans neque perpendens nomen principis in Confirmationem dicti attulisse. Sicque interpretor ego illam dictionem et si quæ, procul dubio auget, et amplificat Orationem præcedentem adiecto casu in quo maior pœna esset imponenda propter illam Rationem quam T. observabimus nempe apud Gentiles grauius puniri periurium per principem quam per Deum, relatumque est a Diodoro Siculo 51. Cuius meminit Concig. ubi T. Caium, et Caligulam eo solo nomine multos Capite et fortunis multasse, quod nomen Augustum periurio violasset: Sed hunc tantum Rigorem longe esse alienum a sua humanitate, et mansuetudine ostendit Alexan. Agusti. tam in hac L. 2. quam in L. 2. (quæ eiusdem C. 4) in ad L. Juliam. majesta.

quibus nobioribus, suis Constitutionibus hoc laxavitt
de pœnis in periurios statutis ex parentum suorum
25 Rescriptis, et constitutionibus ut sic fatearis necesse sit
Ex hac L. laxatum est de pœnæ Corporalis antiquo rigore
quoad pœnam Corporis periurij inferendam derogatum
esse ex hoc Rescripto constitutioni Cæsarum cuius Ulpia
meminit in d. L. si duo §. ultimo ff. de iure iuran. sive
secus quidem dici potest propter manifestam, et ex
pressam hujus L. sententiam; non in conjecturis ver-
samur propter illa verba Sm constituta divorum
parentum meorum adiunctis T. observabis, et his
verbis inferri non placet, quæ cum a Principe profera
tur, nobum ius inducunt, ut est extra controversiam
L. 1. ff. de constitu. Principum §. quod Principi placuit
in L. 1. de iure natura docent DD. in L. placet ff. deli-
be. Et posthu: nec credas hanc derogationem accipi tan-
tum debere in periurio commisso per iracundiam et
per efervescentem animi motum ut eo solo casu Corporis
26 et maiestatis pœna remittatur non vero si consulto, et
Sensus verb. Calore iracundiæ.
sedato animo ius iurandum fuerit contemptum quod
significare illa verba, quodam Calore omnes persuas-
sum habent quia ego interpretor non alium habere
sensum hæc verba quam ut hoc veluti quæsito calore

humanissimus Cessar pœnam Corporis condonaret per suam generationem deierantti eique conhiveret tanquam ab alienatto a sua mentte, ut ex inconsultta et parum Consideratta levitate per iurium processisse intterpretemur argto L. 1. C. Si quis imperattori male dixerit et in eodem sensu idem imperattor dixitt in d. L. 2. in Consultte iuraveras hoc ergo veluti colore quæsitto temperavit pœnam Corporis, et maiestatis per iuro imminentem ex antiquis constitutionibus; cætæ vero pœnæ in periurios statæ, ferinæ permanent non vero tollunt. hoc Rescripto quod nullus advertit licet tenttaverit Acursig: his vehementter fluluans scholio ult. vers. ut tertio die reliquum est ut de pœnis agamus. ~ ~ ~ ~ ~

De variis pœnis. I. Divino, Pontificio, Civili et Regio periuro imponendis.

Cavendum ab Olano.

Ex verissima hujus L. a nobis pacte facta senttentia facile videbis errare eosque hactenus putabant iure Civili per iurium impune committi cum potius gravissimis pœnis fuisse subdendum, et modo vindicari ex supradictis manifestte aparet et ex hoc nostro tex. non dificultter Colligi posset quamvis Olanus in Concordia iuris sub littera P. Communem errorem secutus secure probett ex hoc tex. nulla pœna coærceri iure

Ciuili deierantem aquo et alijs idem tradentibus cauen
dum omnino erit, tam propter ea, quę scripsitti S. ad vers
Satis Deum quam propter ea quę modo anotanda erunt
et ut a Iure Diuino initium faciamus secure resoluendum
Pena Diuina in periuros est periurium pęna eterna vindicari cum Deum habeat
ultorem ex principio hujus tex. quam satis probabatt
Cicero lib. 2. de Legibus Aristho. in Rethorica Alex. C. de
Iure iuran. constituentes periurij pęnam diuinam exitium
esse, quod Cicero in fernum inter prętatur atque ex Theolo-
gis, et Sacrę scripturę testimonijs periurium L. diuina pro
hibitum esse: ostenditt Alfonsus a Castro lib. 8. de aduersus
Periurium Lege Diuina prohibitum hęreses versiculo periurium versiculo alia hęresis et esse pec-
catum mortale ex D. Agusti. et D. Thom. Resoluit Soto
lib. 8. de Iustit. et Iure p. 2. arti, 2. et 3. est autem periurium
mendatium cum Iuramento firmatum ut ex Magistro Sen
tentiarum in 3 p. q. 39. tradit Soto ubi S. art. 1. et Castro ubi S.
Definitio periurij lib. 14. verbo Tiranus Coua. in C. quamuis pactum 1 p. §. 7. in
principio atque cum ius iurandum omne aut sit promisso-
rium, aut assertorium, quia aut aliquid sub iuris iur-
andi Religione promittitur, aut sub eadem asseritur ut
notant omnes in Rubrica de Iure Iuran. et alibi sępe
Periurium duplex et in consequens etiam periurii duplicem esse Rationem

Vide Sixtum Senensem lib. 6 Bibliothicę Sanctę ann.e 25. et 26

statuo, nempe quia qui dixerat, ideo dixerat, quia non implet, quod iuratus promiserat, aut id testatur sub iuramento, quod verum non est, et quamvis quoad peccati labem Saltem ingenere, et quoad quid nulla sit diferentia inter periurium promitentis, et illius qui aliquid quod falsum est, attestatur, ut ex soto Colligitur d art. 2. §. 3. in foro tamen exteriori quoad penam infringendam sepe diferentia notata est. ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~

Et inter alia notissima unius et alterius periurij discrimina illud omnium Consensu admissum video, infamia notari, qui ex iuramento promissorio factus est periurus non non item si ex arterio extradit. Acur. verbo debeant in L. luctus 21. ff. de his qui notantur infamia et probat gl. in C. quicumque verbo reciperetur 6. p. 1. ut sic intelligas L. Siquis maior C. de transactionib. et C. querellam 10. de iure iuran. ubi notare videtur gl. verbo crimine et intelliges L. 2. et adiuncta L. quoties 16. C. de dignitatibus lib. 12. et tex. in C. infames versiculo si mulier 6. p. 1. et in C. siquis convictus 22. p. 5. et L. 26. tit. 11. p. 3. et L. 2. tit. 5. p. 7. quibus periuro infamia irrogatur intellige nempe de periurio promissorio ut secure resoluit Cova. in C. quamvis pactum. 1 p. §. 7. n. 4. resoluens communem sententiam sicuti post Bollognetum et

29

Diferenc.a inter periurium assertorium, et promissorium

Infamia notatur per iurium promissorium non item assertorium. v.e S. n. 10.

Cagnolum n. 161. L. si quis maior bene resoluit Padilla n. 17. Julius Clarus in praxi §. periurium sub. n. 3. et satis probat Cabalinus lib. 2. mille loquiorum C. 590. quos debuit citare idem tradens Didacus Perez ad L. 1. gl. versiculo positiones tit. 4. lib. 3. antiqui ordi. Col. 918. quod in praxi omnino observandum est licet ex d. L. lucius controverti possit — — — — — — — — — —

30 Periurium promissorium si in nullius incommodum cedat, nulla humana pena vindicatur ex conj. sna. v. S. n. 13

Preterea etiam quod atinet ad periurium promissorium receptum est cum Acur. in hoc verbo Ultorem et gl. in d. C. quicumque nulla pena humana vendicari quoties ex tali nullum infertur alteri incommodum, ut in exemplo relatto ab Acursio hic et in specie L. 2. §. ad L. Juliam Majestatis, et tradunt Bar. Bal. et Salicetus hic Ripa. in C. 2. n. 9. de rescriptis, et secure premitit Coua, ubi S. n. 2. et communem sententiam post alios resoluit Casaneus ad consuetudines Burg. rubrica 10. §. 12. n. 22. Julius Clarus ubi S. n. 11. Padilla n. 1. Perez. etiam ubi supra Col. 919 cum sequentibus versiculo nec obstat. Antonius Concius ad d. L. 2. sm quam receptam traditionem erunt temperandam statim dicenda circa humanas penas adversus periuros statutas. Ceterum si ex tali periurio alter lędatur varijs penis erit vendicandum periurij crimen

Si cedat in alterius perniciem praeviter coercendum

in promissione comissum: qua in re meminisse oportebit, vel ad excusandos, vel puniendos eos, qui iurati aliquid facturos, vel daturos promiserunt in alterius commodum et utilitatem celebratos contractu, vel adiecta promissione

31 ut in specie ad L. Siquis maior et similium; illud iuramentum accipiendum esse ex bono et equo Reipereque omnes interpretationes, et conditiones quas patitur natura coactus, cui iuramentum adijcit ex tex. quem sic debes plane, et simpliciter intelligere in L. ultima C. de non numer. pecun. cui convenit. L. 27. versiculo Otrosi decimos, tit. 11. p. 3. et probat optimus tex. in C. quemadmodum 27. de iure iur. ubi notant Anto. et Abb. et Rectissime Fortunius. Garcia in L. Si unus §. pactus ne petteret versiculo veniamus ad 3. p. n. 66. et versiculo infertur etiam ex intellectu et n. 68. versiculo, 3.° infero. ff. de pact. Moline. ad consu. Parisiensis 2. p. §. 62. ex n. 21. et in rubrica n. 68. et in L. § Siquis ita n. 85. ff. de verborum obliga. et non discrepat Coua. ubi S. §. 3. n. 10. et §. 4. n. 10. et in 2. p. rubri. de testa. n. 12. et lib. 2. variarum C. 14. n. 1. versiculo quanto etiam, omnium latissime Joa. Gutierret 1. p. de iuram. confirmatorio C. 37. quos adde d. L. ultima et

Iuram.m accipi oportet ex bono et equo, et Recit conditiones q.s contractu cui adijcitur, admittitur.

L. ult. C. de non numerata pecunia

Iuratus daturum qd Titius arbitrabitur quia sit accipiendus.

d. C. quem admodum: Qua etiam ratione dicere debes cum, qui iuratus daturum, facturumve promisit quod titius vel alter iusserit intelligere oportere ita de mum periurij labem notari si non steterit eque et iuste, non vero iniuste et inquine cui se commisit ex tex. in C. veniens, 16. et C. quintabalis 23. de iure iuran. et tex. in signis in L. si libertus 30. ff. de operis libertorum et probat d. L. 26. ubi notat Grego. verbo Cosa magistrada et optima gl. verbo non autem in C. ultimo 23. p. 7. in cuius proposito multa adducit Gutierrez cons. 15. quod si omnibus ex acte perpensis inveniatur periurij reus promissor, preter quam quod infamia notatur ut resolutum superius est, exercendę etiam erunt adversus eum alię pęnę de quibus in d. L. si quis maior. C. de transaction. ubi latissime persequuntur DD. et consonat L. 2. tit. 5. p. 7. et amplius testimonio ejus non creditur ejusve fides elevatur etiam in alijs quibuscumque negotijs ut generaliter videntur probare C. sicut. 9. C. testimonium 54. de testib. C. parvuli. 16. q. 5. C. quicumque fratres 6. q. 1. et expręse probat in periurio promissorio L. 26. titulo 11. p. 3. et latissime prosequuntur Cova. in d. C. quamvis

Periuro amplius non creditur.

Punitur jure Regio per iurum quia non stetur contrarius iurato amissione bonorum.

pactum §. 7. Casaneus, Cabalinus Julius Clarus Padilla et Didacus Perez iam relatis: quin imo etiam iure Regio eiusmodi per iurium commissum ex iuram.to adiecto contractui vindicatur amissione omnium bonorum ex L. 1. tt.o 6. lib. 8. antiqui ordinamen. ubi latissime prosequitur Didacus Perez hodie est L. 1. tt.o 17. lib. 8. novę compi. cuius meminit Coua. iam relatus n.o 4. omnino v.e Abenda. de exequendis 2 p. C. 27. ex n.o 8. — — — — — — — —

34 Per iurium tamen assertorium si in alterius necem et

Per iurium assertorium vindicatur pęna extra ordinaria, si alterum lędat

per niciem cedat, pęna extra ordinaria, sive arbitraria vindicatur maxime ex illis, ut vulgus putat inter prętum propter L. ultimam ff. de crimine Stelionatus, et aliq.do ictibus fustium propter L. si duo. 13. §. ultimo ff. de iure iuran. idque communiter receptum video, ut late prosequitur Alexan. in L. 3. §. datto ff. de iure iur. Jasson. in d. §. ultimo, et tanquam indubitatum neminem referens ex d. L. ultima. resoluit Coua, ubi T. Aflictis ad constituc.; Neapolitanas lib. 3. Rub. 55. n.o 11. et satis videntur probare Robertus lib. 2. Sententiarum C. 20. Col. 2. Concius ad L. 2. C. ad L. Juliam. Majesta. Duare. lib. 2. disputationum

C.37. et in paraphrasi de iure iuran. C. ultimo et ut recep-
ttum cum multis resoluit Menoch. de arbitra. Centuria 4. Casu
319. n. 10 et 11. licet inuoluat forcatulus in Cupidine juris
peritti C. 18. n. 8. qui omnes sic accipiunt d. L. ult. Sed si
35 cum iuditio consideres in specie illius tex. pena non in-
L. ult. de crimine Stellio. intelligitur fligitur per iuro sed potius crimini Stelionatus in quo
fuit transmutatum per iurium ac propterea punitur
pena exitij sive extra ordinaria propter L. 2. illo titulo
quod manifesto inducunt illius tex. verba ut prudenter
Acur. considerat bene cuius non meminerunt idem
tradentes Cuia. lib. 2. observatio. C. 18. Rebard. lib. 2. va-
riarum C. 3. infi. quidquid controuertat Menoch. ubi
S. n. 11. non satis perpendens illius tex. verba ex quo
L. 2. titulo de los Censos nouę Compi. non in eleganter potteris explicare L. 2. titulo 15. de los Censos.
lib. 5. nouę Compi. quę probat puniendum esse eum
qui bona sua alij prius obligatta. Secundo suponit nouę
hipotecę Census alij afferens esse libera, nullique alij esse
obligatta; ut quamuis iuramentum accedat, non ideo
ut per iurij crimen principaliter, sed potius Stelionatus
vindicetur pena expressa in d. L. 2. propter rationem
d. L. ult. Ex qua etiam verissima interpretatione resol

36 Lapsus. communis Confundentium pœna falsi, et pœna iurij.

uendum est, per peram DD. confundere per iurij pœnam contra testes falsum testimonium proferentes, nam illi quidem pœna falsi sunt puniendi ut in L. 1. in principio ff. ad L. Corne. falsis. L. nullum C. de testib. L. ulti. titulo 16. p. 3. et solet quinta pars dentium adimi falsum dicenti in iuditio in alicuius incommodum

Plectitur testis falsus dentium ademptione sed hæc pœna antiquata est.

ex. L. 3. tit. de los falsos L. 4. fori legum quam explicat Cova. in d. §. 7. n. 7. et hodie in ejus locum subrogata est pœna trirremium ex noba, Diuij Philipi Constitutione de qua in L. 7. titulo 17. lib. 8. noui ordina. et sepe habet

Pœna talleonis exercetur in falsos testes.

Locum pœna talleonis ut in L. 83. tauri hodie L. 4. d. tit. 17. et late prosequuntur Iulius Clarus in praxi §. falsum Gomecius in d. L. 83. tauri; omnium latissime Menoch. omnino uidendus d. Centuria 4. Casu. 306. cum 12. sequentib. ideoque probandum est, non tam ut per iuros quam ut falsos puniri, ac propterea male hoc ab alijs Confundi. ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~

37 L. si duo. §. ult. Correctus hac L. 2.

Quod uero attinet ad d. L. Si duo §. ultimo §. Resoluimus quod pœnam Corpori inferendam illius tex. decissionem Sublatam esse authoritate hujus Rescripti alijs tamen

pœnis adhuc in manentibus aduersus periuros ~~~

Respondens positionibus periurij postulatus puniendus est contra plures

Sed ex illo §. ultimo aperte convincitur quorundam Sententia docentium Respondentem positionibus in iuditio si deierauerit non puniri pœna periurij sed satis Deum habere ultorem ex hoc tex. sic am ultis intellecto quod hic docuerunt, Bar, Bal. et Vali. et uidetur probare A curs. in principio inst.ª de pœna temere litigantium versiculo iuris iurandi quem sequitur Cova. in C. quamuis pactum de pact. in 6. 1 p. §. 7. n.º 7. et secure Resoluit Casaneus ad Consuetud. Burgund. R.ª 10. §. 12. gl. ultima n.º 17. Bar. in praxi titulo de periurijs n.º 1. et 2. et cum multis Boherius decisione. 205. Resoluit Menoch. lib. 2. de arbitrarijs, casu 319. n.º 28. et probat ex pressa L. 26. tit. 11. p. 6. 1

38 Contra communem opinionem

Sed hæc tam Recepta Sententia iure Civili convincitur ex d. §. ultimo L. si duo ff. de iure iur. cuius decisio quoad alias etiam pœnas hodie uiget post constitutionem hujus tex. item etiam et convincitur ex L. quod si deferente 22. cum L. sequenti ff. de dolo, quod iam T. anotatum est et iure nouiori ex L. 2. versiculo y por evitar los periuros tit. 7. lib. 4. noui. ordina. ubi qui peierat Respondens positionibus ultra alias pœnas aduersus periuros

ut J. C. significat, quando expresse testam.º confirmatur ex. L. in donationibus 12. C. ad L. falci. adiunct. L. ex verbis 14. C. de dona. inter et tunc.

Non obstat d. L. cum hic status ibi ut obligatio sit Civilis recitto nobo intellectu Corra. lib. 5. miscelaneo. c. 1. qui generaliter intelligebat, etiam non precedente traditione donationem confirmari dum modo in promissione verteretur, ut esset obligatio Civilis, si morte confirmaretur atque in d. L. Papinianus, solam promissionem non pertinere ad orationem Ulpia. ex Papiniano doceat, et videtur pro eo tex. in d. L. cum hic col. 6. §. sive autem res versiculo et generaliter; sed violentta est hec interpretatio, et pugnat cum Ulpia. in d. L. Papinianus ideoque refellitur a Costallio, et Duarc. ubi S. ego tamen probabiliter dici posse existimo, illa verba, ut obligatio sit Civilis referenda esse ad heredem donatoris, ut licet teneatur stare donationi ab ejus authore factę Conjugi, ut neque rem conducere possit si penes donatarium fuerit aut si eripuerit, teneatur reddere donatario, ad

idque sit obligatus, ut satis deducitur ex ea Lege, versiculo ait oratio, quod Pauci animaduertunt. Nam quod Costalius et Corra. ubi s. ttenttarum d. verba posse referri ad donanttem, quoties non vere, sed ficte rem tradiderit, quod potius Acur. dixerat in L. 2. per tex. bene C. de dote Cauta verum esse non potest, est, n̄, nima restrictio, et divinatio ittem, et convincitur apertto argumentto nam aut ficta traditio quidq.e operatur in eo Casu, aut nihil, si aliquid sane per eam non minus vera, et naturalis possesio transfertur q.is per corporalem rei traditionem ex L. quod meo 28. in principio, et in §. si vendittorem bene non minus ff. de adquirenda posse. et est communis opinio referentte Tiraq: de iure constituti. 1. p. n.o 4. J. Matienzo, ad L. 8. tt.o 7. lib. 5. comp. gl. 1. n.o 2. Josepho Ludovico decissione Perusina. 29. n.o 6. 1 p. optime Hotom. q.us illustrium C. 11. et 12. Si ergo idem operatur ficta traditio, quod vera, ut in specie L. 1. et L. quisquis 27. C. de donatio. gl. in L. 3. in principio ff. de adquirenda possesione consequens erit, quemadmodum non est obligatio ubi est vera rei traditio, et datio. ut in L. Aristo. ff. de dona. itta et quando intteruenerit dicta traditio, quia

per eam res vere traditur licet per actum fictum, aut denique ficta traditio nullum potuit habere efectum cum nulla fuerit (quod magis est) et fatendum est non posse mortte donatoris confirmari, quia non est) arg.º tex. vere intellecti. L. nam et si sub conditione, versiculo post defectum de in J. rup. L. de Cam. 115. ff. de verborum obliga. cum alijs quorum argumento in non diversa specie docet Angelus Consilio 160. Col. 2. Confirmationem non cadere, quoties non est, quod confirmatur, et cum multis Tiraq: in L. Siumq.e verbo revertatur n.º 373. C. de revocandis donationibus Lancelotus Galia ad consuetudinem Alexandrinam rubrica non possit q. 1. n.º 40 et q. 8. n.º 40. Baeca. de non meliorandis C. 29. n.º 9. ~~

Nec te moveat illa L. cum de dote Cauta. de locatione non satis apud omnes constat, cum multi et frequentius afirmative legant bene (et peti post) non nulli negative, licet (peti non potest) quam literę diversitatem colliges ex dictione (non) ad marginem adiecta, sed afirmativa lectio frequentior, et proculdubio verior videtur non tamen inducit, quod communiter

ex illa notatur cum Acurs. et Bar. bene ut confessio
cum promissione habeat vim traditionis, et propterea
morte mariti confirmetur, et sequitur omnes T. re-
lati docentes traditionem esse necessariam, ut dona-
tio inter conjuges valeat, et confirmatur, quorum
mentio T. facta est, et sequitur Costal. in d. L. Papinia.
Campeciq ttt. de dote 1p. q. 52. n. 2. et 3. Rogerius eod.
ttt. q. 5. n. 4. Sed ego existimo in specie illius Legis
controversiam fuisse an, ut dos non numerata, do-
natio inter conjuges esse habenda et magis est, ut
valeat quasi donatio, quę morte confirmata est
sed quę non fuerit sine traditione, quia potest consi-
derari illud incrementum doti ad scriptum uxo-
ri fuisse traditum, ut constat ex illis verbis (doti dedi)
est, n̄, dare idem quod tradere L. si sponsus §. in
principio ff. de donat. inter L. sępe 53. de verbor.
significat. L. 1. ff. de pręcario, et quamvis non sit
ipsi uxori traditum, sed doti ad scriptum non mi-
nus dari dicitur cum doti ad scribendum uxori
detur argo. L. 1. §. si jusserint in principio, et magis
L. quod meo 18. §. si venditorem in principio de

adquiren. posse. L. pecuniam 79. ff. de Solut. ideoque cum
ipsa dotte peti potterit illud incrementum donationis Causa
factum, si Maritus præmoriatur, et potest induci L.
etiam 18. versiculo cui Consequens. ff. de iure dotium.
Præterea non oberit d. L. si stipulata. 34. ff. de donatio.
inter ubi considerat, Fulgo rei traditionem inter-
uenisse decepta ex versiculo (versa uice) peius errat
Conan. lib. 8. Com. C. 11. considerans traditionem
pro primo anno sufficere prosequuntur, et aliter
respondet Acur. in d. L. Papinianus. Ego tamen
ad uertto, quod nemo considerat in d. L. si stipulata
in 1. p. non posse Considerari traditionem interve-
nisse, ut clare pattet, cum dicat J. C. constante
matrimonio ex stipulatu peti,no posse, ergo res non
erat traditta, alias non frustra dubittaret, an peti
posset arg.o §. sic ittaque discretis institutis Actio.
imo non esse traditionem factam Considero, neque
fuisse necessarium nam annui donatio non est
prohibitta a viro in uxorem, imo permissa pro
ut dos patitur ex L. ex annuo L. si id quod 29.
in fine Versiculo illud Constat de donatio. inter

L. sicut C. eod. et quoties donatio non est prohibita non erat necessaria traditio ut morte confirmaretur, nam oratio de confirmandis donationibus, ad eas tantum pertinebat, quæ nullo jure poterant defendi, ut facile colliges ex d. L. cum hic status §. si vis autem res, sed ut non possit revocari, si traditio præcisisset nam juste eo casu retineretur ex d. L. sicut sic intelligenda, et in omnibus alijs casibus s.a relatis in quibus donationem hanc non esse prohibitam indicabimus. ~~

Item et intelliges non quamcumque conventionem morte conjugis conformari ex illa oratione, sed eam tantum quæ donationem habeat ex L. si sponsus. §. versiculo, si uxor, cum seqq. et d. L. cum hic col 6. si inter virum cum alijs ff. de donatio. inter, et tunc dubitatur in 1. p. d. L. si stipulatta, an illa stipulatio, et promissio facta à viro uxori pertineat ad S. C.m quod tantum ad donationes pertinet, et annui promissio, si fiat a viro uxori non videtur donationem habere cum potius fiat necessario pro alimentis uxoris ex J. dictis legibus ad Junta reg. L. si quis 22. non, n, cum donare, et versiculo, si uxor, bene quia non est ista donatio ff. de donationibus. inter, quibus non obstantibus J. C. respondet ad S. C.m pertinere, quia negari non potest quin in eo donatio

verttatur cum promissio de prestando annuo precesserit ex L. quidam 22. in fine ff. de pactis. dotalibus, et hoc est, quod sibi vult, J. C. in d. L. si stipulatta bene quia in annuo quoque donatio vertitur.

Quod si dicas Cur ergo si licitta est donatio morte confirmatur? Respondebo quatenus donatio est, morte confirmattur; quatenus autem permissa ex S. C. etiam sine traditione precedentte, et quia permissa est traditio non pottest revocari ex d. L. sicut, ideoque confirmatur, ut quod non fuit prestitum constantte matrimonio uxor pettere possit eo solutto att cum uxor viro annuum promisit, quia non est licitta, cum sit incongruens, et contra sexus naturam, si quid fuerit annui nomine datum ab uxore viro, ab eo eripi et auferri potest, ut in versiculo si uxor d. L. si stipulatta, sed cum ex oratione D. Anttonini omnes donationes prohivittę intter Conjuges mortte donattoris confirmenttur precedentte traditione ex d. L. Papinia. ad iuncta L. cum hic status Col. 6. §. sive autem res versiculo et generaliter, si uxor, quę annum viro donauit, et prestitit non penituerit antte mortem, donatio fit valida et sic inttellipitur versiculus, et si forte, d. L. si stipulatta 34. de donatio. intter, quę tota ex l.a dictis, et

observatis, vero et novo sensu illustratur simulque aliter, quam vulgus faciat, explicatur d. L. sicut C. de dona. inter virum, et uxorem. ~~

In tex. bene, vel Jure contulerit.

Nempe si ex opera aut industria uxoris quid queratur nam id quidquid sit Mariti fieri. Cinus, Faber, et Bald. hic videtur observare, quia puttent, uxorem Viro querere ex L. sed si vir 32. in principio ff. de dona. inter L. sicut Patronus 48. ff. de operis Libertto, ubi notat Acur. verbo debet et improbatio, merci molijs, et telis, docet idem Bald. in L. assiduis n. 1. C. qui potiores. in pigno. habeam. et ita judicavit Senatus Neapolitanus ex afflict. decissione 44. n. 30. et constanter defendit Suarez in L. 9. tit. 11. lib. 1. fori versiculo ulterius pro evidentia Col. 2. et non discrepatt Bar. in L. divortio. n. 3. ff. soluto matrim. et receptum agnoscunt Corneus, et Fulgo. hic et de facto quotidie observari constanter idem Fulgo. in L. si mulier n. 3. ff. de donatio inter, et solet expendi Acur. verbo potestate in L. si uxorem C. de condi. in fert. quem multi sequuntur relatti a Tiraquello, in L. 1. connubialium gl. 1. n. 2. et de nobilitate C. 20. n. 94. et cum Palatio Rubeu. et alijs Lancelo, Gallia ad Consuetudinem Alexandrinam verbo uxori in principio ex n. 4. et verbo Vigintti q. 8. n. 102. Sed sane jure Communi ins-

pecto probabilius longe est ex sua opera et industria quæsitum non Marito sed potius sibi uxorem quærere. Sic quæ dubitando magis probat Fulgos. hic et Verius putat Corne. n. 1. et idem Fulgosius, in d. L. si mulier ubi putat esse tex. expressum pro hac Sententia et inducitur L. Quintus §. 2 bene quod non demostratur, unde habeat ff. de dona. inter L. etiam C. eodem. cui Sententiæ illud etiam addendum est arg. quod in toto tt. institutis per quas personæque in hoc titulo neque alibi talis acquisitionis mentio fiat ut advertit sibi Contrarius Bald. hanc Sententiam probans in d. L. si uxorem n. 6. Paul. hic eleganter Anton. Prado. inter Consilia Alexan. Cons. 133. n. 3. et 4. lib. 4. et cum multis 3. de Revizanis in Silva nuptiali lib. 4. n. 194. de inoperis artificialibus cum multis probat Baeza tt. de decima tutorum C. 2. n. 12. et C. 24. n. 22. Thomas Gramaticus decisione 54. n. 9. et communem testatur Ripa. Responso 124. n. 2. nec desentit Lancelotus ubi S. Nec te moveat d. L. sed si vir, quia ut recte Fulgo. animadvertit in d. L. si mulier ideo bene Marito quæritur quia ex Lana, et re mariti vestimenta fiunt, et si consideres magis probat ea lex hanc Sententiam in Versiculo si uxor ex Lana sua. Nec obexit d. L. sicut Patronus ff. de operis. liber. quæ non levem habet dificultatem

in assignanda rattione diferentiæ inter primum et ultimum Casum, quam in uitanda sinistre suspitionis, si inter viros agere, quæ iam nupta est liberta posittam esse grauiter considerat Conan. lib. 2. Comen. C. 8. n. 3. et quod attinet ad nostrum propositum illa lex non multum urget quia tantum probatt libertam iam nuptam debere esse in officio Mariti cui nupsit, idest, in exhibendo ministerio, quod uxor tenetur viro præstare ut plerique puttant sed cum ea sit rattio in principio primo. in primo et secundo Casu inter quos J. C. constituit diferenttiam dici posse uidetur quod alijs placuit illud verbum oficium non sumi pro ministerio sed potius pro Cura quam præstare uxor tenetur ut marito morem gerat ejusque dicto sit audiens et quamcumque obiecte puditiæ suspitionem Causatt, quæ rattio cessat in secundo Casu sic verbum ofitium sumitur in l. si sponsus 5. §. Celsus bene pleniore officio ff. de donatio inter. et magis a Cicerone. lib. officiorum et in proposito præter Corra. epistola q.um C. 21. uidendus est Grego. Vienus lib. 2 de officio probæ. matris fami. C. 14. et 15. sed ut cumque sit jure regio quidquid Conjuges acquirunt sive ex opera aut industria, aut aliqua alia negotiatione Commune fitt tam viro quam uxori sive uxor

lucretur sive maritus ex ratione L. 1. ff. de ritu nuptiarum adiuncta L. 1. versiculo in Societate ff. pro Socio Constitutum est L. 2. et 3. tt.o 9. lib. 5. compila. ubi latissime Matienzo præter Seguram tt.o de bonis lucratis Constante matrimonio. ~~

Intex bento, nullatenus adquiratur.

Si vim ac potestatem hujus negativæ consideres quam tradit gl. in c. L.a 2. verbo nullo modo de ætate et qualita. et in c. L.a 1.a verbo nullatenus de Sequestratione quam explicat Tiraq. in L. vi unquam verbo revertatur n.o 95. C. de revocandis donationibus, et notat Matienzo in L. 2. gl. 1. n.o 5. tt.o 10. lib. 5. Compila. Virginez. ad constitutiones Picenij gl. 6. n.o 137. neque quoad usuum fructum patri quærerentur hæc, quæ ex matrimonio filios habuerit, sed tamen dicendum est, hoc verbum nullatenus referre oportere ad propietatem cum Acur. hic verbo nullatenus communiter receptum sm Fulgosium et Corneum hic ex tex. expresso in L. 2. T. ubi etiam utitur dictione, minime, sicut in L. ultima ubi notat Acur. verbo acquiruntur C. de Colatio. et secure probat Gomez in L. 48. tauri. in principio Segura tt.o de bonis lucratis Constitutione matrim. n.o 241. pro quibus etiam expenditur quod ista lex refertur ad L. 1. et 2. T. tt.o 1. et ad earum extensionem intro

ducta est debetque sin eas intelligi ex tex. optimo in autho. de filijs ante dotalia in strumente natis versiculo tertia uero bene cum omnibus manifestum sit Colatione 3. ubi Acur. dicit mirabile verbum beneque notat Bar. et in L. nihil per tex. bene ff. de coniungendis cum emancipa. et in L. 1. §. ultimo n. 1. per tex. bene adiuncta L. 2 ff. si fam. furtum fecisse Latius Ripa. in L. 2. n. 18. ff. de vulga, et preter Tulgorium et Corneum hic expendentes hunc tex. pro ea sententia latius Matienzo ad L. 2am tt. 4. lib. 5. Comp. gl. 9. n. 6. et 10. Hodie tamen tanquam ad usum fructum quam quoad propietatem filius filiave constante matrimonio sibi acquirit non patri propter L. 47. et 48. tauri L. 8. 9. tt. 2. lib. 5. Compila de quarum legum inter pretatione multa hic diximus, que desiderabis, scribes tamen ad L. non sine ratione §. J. hoc titulo ubi poteris uidere. ~

Ad tex. in L. 2.

Si cum juditio aduertas, intelliges Cessares in hac L. 2. respondere ad tacitos et sub auditos intellectus, qui propter generalem decisionem eorundem in L. 1. §. hoc titulo admitti posse uidebatur nam cum bene cautum sit posse uxorem maritto quocumque titulo quod optauerit ex suis bonis relinquere consequi tamen

uidebatur posse (uidebatur) uxorem quamuis filiam fam. et in Sacris paternis adhuc Retentam, donationem propter nuptias aut dotem quas a Patre habuerat matrimonij ratione marito conferre et donare, quod tamen non est admittendum ex nove Constitutionis Cap.° declarandum est ex hac lege propter elegantem rationem scriptam in versiculo (prospiciendum est) et hic dos a Patre profecta efficiatur propium ipsius filie Patrimonium ut in L. 3. §. sed utrum in fine. D. de mino) L. cum dos, 7. versiculo D. de pact. dota. L. fi. D. de Colle. dotis. tex Capitalis in L. Pomponius Philadelphus 36. D. fami. ercis. id tamen ita accipiendum est ut adhuc Comunis sit Patris, et filie ex L. 2. §. 1. D. soluto matrim. ubi notat Acur. verbo profecta receptus per Bar. et alios bene probat Paul. Cons. 345. n.° 1. lib. 1. Gomezius in L. 50 tauri. n.° 28. Campeius de dote. 3. p. q. 77. rationemque scribit Acur. in d. §. 1. verbo dos, quam comprobabis ex autho. sed quamuis C. de rei uxorie actione adiunita L. cum dotem 32. §. eo autem tempore versiculo non numquam ff. soluto matrimonio. et post Ripam bene in d. §.

1. n.º 16. ett alios probatt Menoch. lib. 2. de arbitra. Centtur.ª 5. Casu 242. quę tamen rattio non admodum placuit Paulo. d. §. 1. et resellitt Ebca. ttt.º de Patria potestatte effectu 4. n.º 19. ett Sane probabilior ratio mihi uidettur. quę ex hac nostra lege desumitur, quia nempe soluto matrimonio dos ad patrem est reversura, et ea lege datta intelligitur nisi aliud sit conventum, ut ad Patres substantiam revertatur ex ratione legis jure succursum de jure dotium. L. dos a Patre C. soluto matrimonio sũque uidetur ita facta dos filię ut tamen non desierit esse Patris propter illam rationem, et L. cum dos 7. de pactis dotalibus et d. L. 2. §. 1. solutto matrimonio quarum non potest esse alia ratio simul et nostri tex. qualenus cauet filiam fam. non posse donatione aut alio titulo dotem ã Patre constitutam diminuere, quia est ad eum reversura et non potest filius Patris condittionem facere deteriorem ex regula L. filius 23. C. de pactis adjuntis d. L. Cum dos et d. §. 1. inter quę tamen jura expressam repugnantiam cognoscuntt DD. et non magis diem nocte pugnare diuit Zacius in d. §. 1. n.º 6. et

difficilem antinomiam fatetur bene Duarenus.
sicut et Costalius in d. L. cum dos, et laborant idem Zazi.
intellect. singu. lib. 2. C. 1. Conna. lib. 5. C. 1. n. 6. namque
in d. §. pactum initum a sola filia sine Patre non aufert
Patri integram actionem, sive agat solus, sive adiuncta
persona filiæ cum tamen in d. L. cum dos, versiculo
sivero fin. ita demum non nocere Patri, Pompo. profitea-
tur, si modo pater non agat adiuncta persona filiæ
pro quorum jurium interpretatione Bar. in d. §. 1. n. 3.
Receptus Vm Alciatum n. 33. distinguit an pater agat
adiuncta persona filiæ deducere in judicium jus Patri
et filiæ competens, et de utriusque agere utilitate ex vo-
luntate tamen cum Pater suum tantum jus deducit
idem Bar. in L. post dotem, n. 35. Soluto matrimo. Patri agen-
ti adiecta persona filiæ competere omnia previlegia dotis
secus si tantum ex voluntate filiæ agat, quia 1º. Casu age-
re videtur, ut filiæ Procurator, et Rei filiæ administrator
qua ex parte illius jus deducit ex tex. sic intelligendo
in L. filius fami. 8. versiculo sed et filiam fam. et L.
non solum 37. §. quæritur versiculo si de dote de procurat.
Et ideo prævilegia et exceptiones conceduntur, quæ compe-
tunt ei cuius nomine agitur et post Socinum ex n. 6. in

d. §. 1. Resolvunt Jason. n. 11. Crotus 25. pro quibus tu expen
de L. filius fami. 14. de exceptio. secus autem erit si ex vo-
luntate tantum et consensu filiæ agat quia tunc nomine pro
pio non alieno experitur, et ideo non conservantur illi privileg-
ia neque exceptiones possunt oponi quæ ex facto filiæ nasci
poterant arg. L. exceptiones 7. in principio de exceptionibus
item si agat adiuncta persona filiæ exceptio ex pacto inito
a filia nocebit patri quatenus filiæ non agit arg. de L.
filius fami. et magis ex regula L. 3. §. ultimo ff. rerum
amotarum, et sic intelligit Bar. d. L. cum dos, versiculo
si vero bene nisi adiuncta persona filiæ, si vero agat ex
consensu, et non ex persona filiæ non nocebit pactum a
filia factum sic intellecta d. L. 2. §. 1. ubi docet Bar.
n. 3. communiter receptus Sm. Zazi. et Ripa. n. 6.
et confirmat Crotus Col. penultima, et esse necessariam
interpretationem licet non veram agnoscit Cuma. n. 6.
et constanter defendit Cam pec. de dote 3. p. q. 74. sed
qui eam interpretationem sequuntur, in multis pec-
cant, et præter egregiam divinationem vim inferunt
sententiæ, et verbis juris Cons. in d. §. 1. versiculo si vo-
luntate, et versiculo sed ut agat solus, nisi dicere velis,
J. C. bene non respondere directe quæstioni propositæ

de actione proponenda adiuncta persona filiæ, sed dicat
sive solus agat Pater sive ex Persona filiæ nihil interest,
cum utroque Casu integra actio Patri reservetur, et ita
non respondeat ei, quod initio proposuerat, an nempe
integra actio sit Patri, non obstante pacto filiæ sive suo
sive etiam filiæ non experiatur, quod licet Pauci advertant
ferri forsan debent, et ideo ab ea interpretatione fere
omnes facile dissentiunt propter alias rationes a Paulo
expensas in d. §. 1. qui magis probant Accurs. interpre-
tationem in d. l. cum dos, gl. ultima, tu dic ut pactum
filiæ non noceat Patri quoad actionum exercitium cum
ipsius solius sit, secus autem quoad exactionem, et re-
petitionem dotis et primo Casu intelligatur d. §. 1. bene
integra actio, secundo vero Casu d. l. cum dos; quæ
interpretatio placet Duareno in d. §. 1. et tandem ma-
gis probat Thomas Parp. bene ex n.° 61. sed sane ea
interpretatio vera esse non potest per d. l. cum dos.
versiculo si vero in 3. bene nisi adiuncta persona filiæ
experiatur ubi eod. utitur verbo expedire, quo usu
est Ulpia. in d. §. 1. adde quod verba lis est, et una quia
in utroque hoc unum quæritur, an exceptio nata ex

facto filię repellat Patrem agentem, adiecta persona filię =
Quare ego omissis hiis et aliorum inter pretationibus con-
sidero in primis in specie D. L. cum dos, Pompon. docere
initio dotis dandę illum, qui dat, legem dicere doti posse
sine voluntate, et consensu mulieris, ut in principio D. L.
et in L. Obres, 20. versiculo si extraneus, eod. tit. sed postquam
dos datta est, sine mulieris Consensu novas LL. apponere
non permititur ei, qui dotem dedit sed expectandus
est mulieris Consensus per illam rationem bene adiectam
sed quia iam facta est dos proprium ipsius Patrimonium
et hęc est etiam ratio L. si cum dotem 23. in principio
L. quoties 30. L. post dotem. 41 bene voluntate filię D.
Solutto matrimonio ita tamen ut ratione patrię potestatis
semper patri jus aliquod remaneat propter illam spem
quam habet, ut S. considerabimus et probat tex. in L.
Pater filię 11. de evictio. et ideo neque pactum Patris
nocebit filię, neque filię Patri, sed ipsi soli agenti nocebit
rursus in versiculo nec sisola proponit filię agenti de dote
nec nocere, nec prodesse pactum Patris, ubi animadverto
legendum esse (nec si sola) ut in vulgatibus Codicibus
non autem (nam sisola) ut putat Cona. lib. 8. C. 9. nam
illa lectio non convenit illi loco cum bene non ponatur

Rationis vis, ut strenue considerat J. Robertus. lib. 2. Recep. lect. C 11. Sed quædam Conseq.ª ex dictis ut non noceat pactum Patris filiæ propter illam Rationem et d. L. quoties bene quia deteriorem ff. soluto matrim. quod autem filia possit agere sine Patre satis probat d. L. cum dos, versiculo nec si sola filia, et versiculo si vero bene ipsi quoque agenti, sed quando initio matrimonij Conventum est, ut dos profectitia maneat penes filiam ut in L. si cum dote 23. in principio ubi communis opinio ff. soluto matrimonio aut quoties ex voluntate ex Consensu Patris agat ex auth. quod locum C. de Collatio. ubi notat Acur. verbo consensit et post alios Decius. n. 2. illudque verbum, (quandoque) de quo in d. versiculo si vero ostendit exceptionem ibi adiectam, quia significat idem quod aliquando aliquo Casu vel aliquo tempore ex L. continuus 137. §. item si insulam in fine. de verborum. L. cum Pater 77. §. Rogo. de lega. 2. L. Rogo. quando dies Legi. quæ et alia jura in id expendit Rebuf. in L. interdum 78. pag. 502. ff. de verborum significatione igitur pacto convento a filia triplex potest considerari Casus, Primus si Pater solus agat et tunc ei non nocebit pactum suæ filiæ; Secundus si

sola filia agatt, et nocebitt ipsi filię agentti; tertius si agatt Patter Comixtta Persona, et sic tam suo quam filię nomine, quo casu quem admodum si ipsa filia sola agerett, eidem nocerett pactum ase factum, itta et eadem ratione debett nocere eidem quatenus ejus nomine Pater agitt ex Reg.a L. filius fam. 14. de exceptionibus L. 3. §. ultimo ff. rerum amotarum, et potest induci Reg. ut casus simplex contineat mixtum arg.o L. Gallus §. ille casus et §. et quis si tantum de liberis, et posthum. cum alijs adductis per Sarmien. in L. si itta scriptum n.o 4. eod tt.o sicque rectissime ratiocinatus est Pompo. in d. L. cum dos. id intelligens quando dos non esset ad Patrem reversura in versiculo (dicendum est non) adiuncto arg.o a contrario sensu quod in jure eficax est ex L. 1. versiculo cuius rei ff. de officio eius cum alijs adductis per Everardum in loco a contrario sensu sicque constituitur bene exceptio regulę propositę in d. L. 2. §. 1. Sol. matri. ubi generaliter et in universum constituta est regula de dote profectitia ut filia pascisci non possit sine Patre, saltem ut noceatt Patri, interim dum filia fuerit sub ejus potestate ex d. §. 1. versiculo ultimo ubi notant Alciat. n.o 36. et Duaren. d. versiculo ultimo: et inducitur L. et hęredi. 23. §. filia fam. ubi notant Bar. Jason. et Horoz. ff. de pact. (cum generaliter

si aliud a Patre non fuerit actum, ad ipsum sit reversura dos profectitia filiæ in matrimonio decedente aut divortio subsecuto ex nro tex. et L. Titia 35. ff. Soluto matrimonio L. Patter 71. ff. de evict. L. dos a patre C. soluto matrimonio L. Jure Sucursum ff de Jure dot. L. 30 tto 11. p. 4. et sic generaliter non nocebit pactum a filia factum Patri agenti etiam adiuncta persona filiæ quia non potuit filia illam spem, et illud jus Patris pasciscendo lædere ex regula L. filius 23. C. de pactis; quæ ratio cum cessett, quoties ad pactum dos non est reversura, meritto itta intellexitt Pompo. in d. L. cum dos, reg. ab Ulpiano proposita ind §. 1. quæ interpretatio si vera est ante nos auctorem habett neminem quod jus hodie conturbatum est vehementer cum integra actio ad repetendam dotem uxori eidemque filiæ famil. reservetur, cum per matrimonium iam sui juris efficiatur ex L. 47. tauri. L. 8. titulo 1. lib. 5. compila. et J. observabimus. C. quo etiam jure idem dicendum erit in dote adventitia. ~

Est autem dos profectitia ut brevitter definit Ulpianus in instituta tto 6. versiculo dos, in 1. quam Pater mulieris dedit consonat L. 30. tto 11. p. 4. quibus autem in casibus Pater dare dicatur, ut profectitia sit declarat idem Ulpianus

in L. profectitia. §. ff. de jure dot. adventitia vero dicitur dos quæ non a Patre, sed potius a Matre, vel quovis alio data est ex d. Legibus: hæc ergo dos adventitia etiam jure communi matrimonio soluto morte mariti aut divortio secuto saltem non culpa uxoris, si aliud actum non fuerit, uxori idemque filiæ factam restituenda est, non Patri, filiæ quæ integra actio erit, non communis Patri. ~ ~

Ut supra dicta intelligas, observa etiam olim dotis constitutionem ab extraneo filiæ fam. factam non pertinere ad generalem regulam adquisitionis de qua in §. 1. in ff. per quas personas, et diximus in principio L. 1. T. hoc titulo, cum eo casu Patri non quæreretur sic ipsius fieret filiæ ut plane colliges ex d. L. profectitia versiculo si forte et L. 2. §. 1. deducto argo a contrario sensu ff. soluto matrimonio. et ut indubitatum præmitit Pinc. neminem referens in L. 1. p. 1. n. 15. T. tt. 1. cum infinitis. Bald. nobella. tt. de dote 6. p. privileg. 33. Riminal n. 1. Jason. n. 1. Curti. Junior. n. 16. in L. filiæ dotem C. de colationibus, et multi statim referendi pro ea autem sententia solet induci tex. in L. sive uxor, 35. de donatio. inter. adiuncta d. L. profectitia versiculo, et si forte ubi valet donatio facta a Matre filiæ causa dotis nec adquiritur Patri, et dicitur adventitia, alioquin, si Pater quæreretur, donatio non valeret ex L. 3. Col. 2. Vs.

verbum Pottestatis. de donatio inter Virum sic etiam temperatta illa Regula adquisitionis usus fructus, de qua in L. cum oportett in principio j. ubi dicemus, quam Rationem optime expendunt Lusittani in d. L. 2. et ideo cum non competat usus fructus, potterit filia sine consensu Patris pettere dotem a Maritto, sive ejus heredibus ex auth. ut liceatt matri, ett aviæ in principio Collat.e 8. et solett induci tex. in C. fi. de Judicijs in 6. ut cum Communi Resoluit Alexan. in d. §. 1. n. 4. Baldus nobellus de dote 9 p. privilegio 8. Jacobinus in d. L. profectitia n. 9. Crotus, in L. fratter a fratre n. 62. de Condi. inde. quod apud nos est sine dubio expedittum propter illam L. 47. Tauri. adiuncta L. sequenti L. 8. 9. tt.o 1. lib. 5. comp. preterea etiam expedittur tex in L. Caius 46. ubi nottatt Paulus n. 2. soluto matrimonio, et tu adde L. avus neptis. 62. de jure dotis L. avia. Cod. tt.o bene profectitia. est, adiecto arg.o a contrario et magis facit tex. in auth quod locum C. de Collatio ubi notant. Acurs. Decius. et alij et Resolvunt Bar. et omnes in d. §. 1. ubi Jason. n. 15. Communem Senttentiam testatur et in d. L. filiæ dotem, ubi alij C. de Collatio. Bal. nobella. d. privilegio 8. et 6 p. privilegio 33. Campecius de dote

3 p. q. 59. et probat Cona. lib oct. Cap. 10. n. 4. et est tex.
in L. XXX. tt.o XI. p. 4. ubi notat Gregor. verbo fuera
et ita tenendum est quidquid controuertat. Gobea-
nus lib. 1. variarum lect. C. 44. cui subscripsit Cuia.
ad Ulpia tt.o 6. versiculo neque interest. et repetit idem
Gobeanus ad L. 6. ff. ad Legem falcidiam. Baldui.
institu. lib. 2. pag. 138. Moti. authoritate Ulpiani
d. tt.o 6. §. diuortio facto bene, neque interest sit pro
fectitia, an aduentitia ubi Ulpianus de dote. actionem
patri dare sine ulla distinctione dotis, scribit, quo
loco etiam in eam sententiam proclibior est Duar.
in d. L. Caius verbo utilis item et expenditur tex. sed
et si alia L. 5. versiculo si igitur eo animo ff. de
bonis. damn. ubi actio patri datur et non potest inte
lligi de alia dote quam aduentitia siquidem si pro
hibita esset in 1. p. illius Legis non posset Maritto
queri, uxore eademque filia fam. vel decedente aut
pro mortua habita constitutione matrim. propter
regulam L. dos a Patre C. soluto matrimonio: preterea
etiam urgenter facit L. 1. versiculo sed si sub condi-
tione bene sive pater sit, sive extraneus ff. de Collat.e
dot. ubi aperte uidebis tam aduentitiam quam

profectitiam dotem conferendam, ut autem confera-
tur, necesse est admittere, convertti in propiam Patris
substantiam ex L. ultima C. communia utriusque
Judic. cum alijs, et tunc respondent, Communem
Senttentiam veram esse inspecto jure novioris sm
quod dos adventitia propia eficiatur filię soluto ma
trimonio per divortium, sed jure vetustiori Hoxum
ad Patrem pertinere. Item et respondent illa verba
(et ab eo profectta) in d. L. 2. §. 1. ff. solutto matrimonio
non esse Ulpiani sed adiectta a Triboniano quod multi
ferre non possunt, neque ferendum est. Pręterea et ad
d. L. Caius. respondet Cuia. d. tto. 6. probari quidem
actionem filię dari, sed non denegari Patri, cum possit
effici communis ut in d. §. 1. quo nihil alienus est a mente
J. Consultti bene non intter hęredes avi, et neptem Con-
tentio erat, et jure scriptto, et directo hęredibus actionem
dandam significatt J. Consulttus quia in eum Casum
qui evenerat in Specie illius Legis, nihil pactum fuerat
et sic deficiebant verba Constitutionis nepti, sed quia eam
videttur avus habuisse menttem, ut matrimonio soluto
sine culpa neptis, eidem neptti dos redderetur, inter-
prętatur J. Consulttus ex mentte avi, utilem actionem

dari Nepti quam ius non ex verbis, quibus deficiebatur
itta ut quod Summus ius non admittebat illud inter-
pretatione benigniori equitas introducat. arg.° L. inter
Socerum 26. §. convenit ff de pact. dot. ubi in §. cum
inter bene (id actum) videbis textum proximum inter
pretationi, quam admittit J. Consultus in d. L. Caius
utroque in Casu verba directa deficiebant, sed ad men
tem recurritur contra hentium, unde etiam Cavebis
a Duare in d. L. Caius, qui existimat directam
Patri, utilem vero actionem filie bene dari x.ª spe-
ciem legis si Pater 1.ª C. de pactis. Conventi. cum
potius heredibus avi, quam Patri esset danda, si
benigna inter pretatio deficeret; quare securius
est communem sententiam sequi inspecto utroque
tempore nam de jure noviori nullus discrepat
et ad L. sed si aliam L. de bonis damn. respondebis
inter maritum et Patrem deportate conten
tionem esse de qua statim deliberavimus et
tamen expeditum est actionem filie competere
non potuisse, quia per deportationem amisit ea
que sunt Juris Civilis ex L. quidam 17. ff. de
penis et in proposito videbis tex in L. in insulam

43. ff. solut. matri. et ad d. l. 1. respondebis cum Accurs. bene in versiculo sub Conditione.~

Intex. bene, quod ab ipso Parente datum adiuncto bene, revertatur.

Nunc tex. adiuncto l. cum dos 7. bene propi-
tum Patrimonium de pactis dota. et l. 3. § u-
trum in fine ff de mino. debuisset Citare Bar.
in l. quisquis 6. C. de agro deserto lib. 11. dum
notat ex illo tex. verbum reverti significare
retro translationem dominij cuius meminit
Decius in l. 1. n. 11. C. de pactis latte Tiraquel.
in l. si unquam ubi bonus tex. verbo revertatur
C. de revocandis dona. item ett magis videbis
ex hoc tex. dotem reverti dici, quæ cum Patris
esse desierit ad eundem a quo profecta erat, reddit.
hanc esse hujus verbi significationem ex l. inter
stipulantem §. sacram bene impribatos reverti
de verborum l. 3. §. idem Papinianus bene ad pro
pietatem reddire ff. quemadmodum usus fru.
ex alijs notatt Rebuf. in l. verbum reddendi
94. ff de verborum significatione pag. 567. et
in proposito Panut ad Statutum de Lucro dotis

in Rubrica gl. verbo restituenda n. 1. qui oblitti fuere
hujus tex. qui longe elegantior est, simul et L. Avus
82. in principio, quæ sic rectissime intelligenda est de jure
doti. Unde iam intelliges imperatores hic agere de dote
et donatione ante Nuptias profectitijs ut s. explica-
uimus, et illi tantum accommodari potest ratio hujus tex.
versiculo prospiciendum, quæ tam respicit casum soluti
matrimonij porpter divortium, quam si per mortem
et eam rationem signandam dicit Salicetus hic
et expendit Costanus in commenta de dotibus C. 6. n. 5.
Corra. in L. filiam quem habentem C. fam. ercis. ul-
tima p. n. 132. et alias considerat Bar. Socin. Cons. 9.
sub n. 13. lib. 1. Sed sane hæc ratio cessat in dote adven-
titia, quamuis non cessent aliæ rationes de quibus in
autho. Sed quamuis C. de rei. uxo. actio. de quibus
s. diximus et illud quidem quando matrimonium
divortio disoluitur, quod si morte filiæ disoluatur
de dotis adventitiæ jure inter socerum, et generum
anceps, ambigua quia disputatio esse solet, et pro
genere, ut penes cum dos remaneat est tex. in L. sed
si alia s.a bene quia pro mortua habetur ff. de bonis
damn. et in L. in eum 16. in fi. ff. de religiosis
quæ quamuis promiscue loquatur de Patre, et Marito

distinguendę tamen erunt dotes Siquidem de Patre
loquitur quoad dotem profectitiam ut Colliges ex
L. sequenti bene recuperauerit sic etiam intelli-
ges L. 9.a quoque illius tituli ubi eadem admitenda
est distinctio sicuti in L. Neratij. 20 versiculo si
maritus et in L. Celsus 22. L. in L. pro rata 27.
L. quod si nulla 28. ff. de Religio. sic etiam pro genere
intro ducitur L. sab hostibus 11. §. si uir ff. soluto ma-
trimo. L. falsus 116. §. Julianus versiculo in Casibus
ff. quod falso tutore L. cum uir 42. ff. de usu Capio
L. cum in fundo. 81. in principio versiculo quod si
in matrimonio ff. de jure doti. L. cum mortem 25.
ff. de jure fisci. L. mulier 20 in principio de conditio.
insti. L. ultima §. idem quę sunt ff. ut Lega. n.e L.
si uir uxori 6. ff. ad L. falcid. in quibus tribus LL.
uidebis, uxorem, constante matrimonio decedentem
de dote, testari non posse ut sic verissime intelligas
Causam Stipulationis in L. si mulier 25. C. de jure
dot. et L. 4 C. de contrahenda stipula. adiuncta Reg. L. 1.
versiculo ut Superfluum sit C. de thesauro lib. 10. testa
tur autem mulier in specie illarum Legum et in L.
mulier 22 §. cum proponebatur ad Trebellia. de alijs
bonis non dotalibus, quia dotalia cedunt lucro mariti

ca in matrimonio decedente ex LL. et ideo de illis testa
ri non potest L. conficiuntur 8. versiculo si post factum
bene de alienis quodam modo rebus de jure Codicill. atque
non omnia bona, que uxor habet aut in matrimonio
Aul. Gell. afert dotis effici probatur lib. 17. noct. athic. C. 6. et satis
deducitur ex hoc tex. bene ceterarum, et magis ex
L. si ego 10. versiculo dotis de jure dot. L. Celsus cum se
quentibus de Religio. et intelliges L. mulier bona 73.
de jure dotium L. 4. C. eod. et que tradit Acurs. in
L. maritus 21. versiculo observatione C. de procurat.
notatu eleganter Bar. in disputatione incipienti mu-
lier habens que est q. 7. Paul. in autho. Preterea C. unde
vir latissime salicetus in L. ultima C. de repudia. quos
adde ad d. L. 4.m cum similibus et forcatus in nec po
ma. dialogo 39. n. 4. Conna. lib. 8. C. 8. n. 5. Hotoma.
in disputa. de dotibus pag. 2. preterea et pro genere in
ducere poteris L. dotalium predio. 15. de fundo. dota.
quem in proposito inducit Cuia. lib. 9. observatio.
C. 4. item et inducit L. jure succursum de jure doti.
ubi misserationis gratia succursum est Patri in dote
profectitia ergo in adventitia non succurritur ex regula
L. Cum Prettor in principio de Judicijs et cum

excludit S. Consultus in L. Avus neptis 82. de jure
doti. et generaliter docet Ulpia. in instit.m tt. 6. §. ad
uentitia, dotem aduentitiam semper manere penes
maritum idque illo seculo indubitatum fuit ex
juris dispositione, et citra pactum licet contrarium
doceant Acurs. Bar. et omnes in LL. 5.a citatis
idem Acurs. in L. 4. §. verbo ex dote et in L. si ab hosti-
bus §. ultimo ubi Bar. Alex. et omnes soluto matri-
monio cum longe verius sit in omnibus illis speciebus
non ex pacto, sed ex juris dispositione dotem mariti
lucro cedere, ut recte probat Gobeanus in L. 6. ad L.
falcid. Cuia. lib. 9 observa. C. 4. ubi S. Brison. ad L. Ju-
liam de adulteriis versiculo dotale prædium Coll. pen
ultima pag. 200. Hotom. ubi S. pag. 103. ut sic videas
non esse omnino exorbitantem neque contra jus Commune
Statuta, quæ passim in Italia vigent, et tale aliquid
observabitur in Regnis Arag. et de lucrando dote uxo-
re in matrimonio decedente, aut e contra de donatio-
ne propter Nuptias ut pessime opinabantur multi Relati
apud Rolandum tt. de lucro dote. q. 62. et p. Sanutt.
eod. tt. gl. 1. ad Statutum cum potius reducamur per
hujusmodi Statuta ad jus Civile et Commune ex S. dictis
et ideo non restringenda, sed favore et inter prætatione

adjubanda ex celebri traditione gl.ª verbo numerandum
versiculo item per hanc reditur in C. statutum de preben.
in 6. communiter recepta sm Jason. in L. si unus §.
pactus ne peteret n.º 6. de pact. Gomez lib 1. variarum
C. 5. n.º 15. Cova. lib. 3. variarum C. 6. n.º 4. Ceterum ho-
die novioribus Principum Constitutionibus uxori in
matrimonio defuncta jure communi dos non cedit
Lucro mariti sed ad heredes legitimos ipsius uxoris
ex testamento vel ab intestato pertinet excluso marito
ex tex. expresso in L. unica §. maneat et magis ex §.
illud proculdubio C. de rei uxoriæ actione ex quibus
ita agnoscunt tenendum esse cum communi senten-
tia Gobean. et Sotto ubi S. pag. 104. Cuia. tit. 6. ad
Afric. sub L. pater dotem de procu. sicque iam
hodie sine scrupulo admittenda est, Acur. et Bar.
et communis sententia a qua nemo discrepat, nec
potuit discrepare propter L. 23. gana el Marido
incipit lex, muerta siendo 30. versiculo ex illa dote
bene debe ser, entregada alos herederos dela muger
et L. 31. versiculo eso mismo seria tt.º 11. p. 4. contra
quæ jura, est indubitatas usu et praxi receptas sen-
tentias nituntur hic, qui perniciose tentant L. 6
tauri. hodie L. 1. tt.º 8. de herencias lib. 5. compilla.

bene de qualquier calidad que sean non esse intelligendam de bonis dotalibus, qui putant adhuc maritti adhuc cedere non advertentes loqui contra verba et sententiam legis et contra omnia s. dicta, quę si viderint non dubitam ad sententiam mutaturos. ~ ~

Bene: vel ante nuptias donationes.

Vide quę scribes ad l. 3. §. &

In tex. bene, ne Parentum munificentia.

Cum donare non dicatur, qui oneribus neccessarijs succurrit in l. si quis pro uxore 22. versiculo non. n, et versiculo quia non est ista donatio de donatio. inter. l. rem legatam 8. in fine sm, Acursi inter prętationem de addimen. lega. l. donari a contrario sensu de donationibus, alia notat Gomes in l. 29. Tauri. n. 12 Pelaez de Maioratu 1a. 1a. p. q. 21. n. 16. non immeritto Paulus. 5. n. 3. quem sequitur Corneus n. ultimo extollit hunc tex. ex eo deducens Patrem constituendo dotem filię aut donationem ante nuptias filio, liberalitatem, et munificentiam exercere, quamvis ad id teneatur ex legis dispositione propter l. ultimam versiculo neque, n, C. de dotis promissione ubi notant Bar. Bal. et omnes, et est, tex. in l. qui liberos

18. ff. de ritu nuptiarum ubi nottat Corra. nº 9. et in ducitur tex. in autho. quæ res bene dotis obligationem C. de communia lega adiuncta L obligamur 51. versiculo Lege ff. de obliga. et actio. et post Bar. et alios commu nem senttentiam resolvunt Ripa. nº 51. Vicent. 33. in L. 1. ff. soluto matrimonio elegantter Boer. decisione 130. nº 4. 8. et 9. quem corrupte citat Bacca, qui in infinitos refert tt. de non meliorandis C. 1. ex nº 1. et C. 2. nº 25. et 26. et magis probatt Duare. rubrica soluto matrimonio tt. de dotibus C. 3. et apud nos pro batt lex 8. versiculo, e otros son tenidos, ubi fattissime Greg. verbo el Padre tt. 11. p. 4. quam legem etiam nottatt Palat. in repetitione C. §. 4 in principio et tunc repetet Paul. hic non esse hanc veram munificentiam, aut propiam donationem propter regulam initio proposi- tam sed sub appelattione munificentiæ, et liberali- tatis Pattrem satisfacere debito naturali ex L. unica in principio versiculo inttantam necessarijs et ver- siculo, et hiis successionibus C. de imponenda Lucrat. description. lib. 10. et ex d. L. ultima versiculo utramque bene ex sua liberalittate et versiculo liberalittas itaque talis adiunto. bene officium Patternum C. de dotis. promi.

qui tex. adhuc multum urget et l. cognoscimus 10.
versiculo ultimo bene liberalitatibus C. de hæret. et
magis tex. insignis in l. ultima §. si a Socero. versi
culo att si neutter bene quia intelligitur ff. de hiis
quæ in fraud. quem tex. bene exponunt Bar. et alij
ut filia dicatur Causa donationis, et titulo lucrativo
dotem habere, et expendit cum alijs Pinell. in l. 1. 3. p. sub.
n. 62. versiculo infertur 31. T. de bonis maternis conside
ram ea ratione dotis constitutionem indigisse insinua-
tione ex generali regula. l. Sancimus C. de donatio.
donec speciali constitutione remissa fuit ex l. ultima
C. de jure doti. et notatt cum alijs Matienzo ad l. 5.
tto 1. lib. 5. Compi. gl. 4. n. 4. quare tu resolve Patrem in
specie hujus tex. munificientiam exercere quia non te-
netur ex juris, aut legis obligatione dotare, aut colocare filios
ut perperam DD. existimant, sed tantum ex officio att
in d. l. ultima, id est ex decentia et quadad honestate
et sic ex debito quodam morali non autem naturali
ut male putat Paul. hic n. 3. nec alia est significatio
illius verbi (oficium) in hac tractatione et tamen ex debito
morali nulla inducitur præcisa obligatio si D. Thom.
Credendum est 2. 2.e q. 106. et resolvit Covar. in C. cum

in oficijs n. 10. de testam. quod vehementer confirma-
tur ex d. L. qui liberos ex qua parte officio Judicis cogi-
tur ad officium Judicis pressuponit deficere obligationem
L. que per collussionem 51. §. 1. ff. de actionibus empti.
donec fuerit interpretatum, nullam vim habet L.
cum postulassent 44. in principio ff. de damno infecto
unde fit quod Pater si sponte dotet non coactus a Judice
liberalitatem, et munificentiam exerceat, et sic intelli-
go tex. istum et alia jura T, citata nam d. auth.a Res que
non pertinet ad presentem disputationem cum loquatur
de obligatione dotandi, quam heres habet propter precep-
tum Testoris, indeque fit et ex T. dictis, ut si Pater filie
fecerit donationem, ut commodius, et illustrius nubat, possit
illam revocare, nisi possessionem tradiderit, aut instrumen-
tum loco possessionis iuxta L. 1. C. de donatio et probant
L. 17. 44. Tauri, hodie L. 1. tt.o 6. et L. 4. tt.o 7. Lib. 5. comp.
ubi id limitatur, quando dos, aut donatio constituta esset
in contractu matrimonij, et quando filia iam nuptijs des-
tinatur pactumque cum eo fit, qui maritus futurus est, hocque
significant illa verba, o por contratto, oneroso con otra tercero
et probat L. 22. Tauri hodie L. 6. d. tt.o 6. et ratio est quia
tunc respectu mariti, ejusdemque generi dos data uxori
non dicitur simpliciter donatio ut tt.s Lucrativus, sed potius
ob Causam, et onerosus ex d. L. unica ad finem versiculo

si vero C. de impu. lucrat. et tex. Celebris in d. L. ultima §. si a Socero ff. quæ in fraudem ubi expendit Bar. idem Bar. ubi Acur. Paul. n. 6. et Alexan. et alij in L. me bia ff. soluto matrimonio et post Pinel. et Matienzo ubi T. idem Matienzo, ad L. 3. tt. 8. lib. 5. Compila. gl. 4. n. 4. Coua in 4. 2. p. C. 8. §. 6. n. 12. et infinita infert Bacca. de non melioran. C. 32. ex n. 1. quibus adde Pelaez. d. q. 21. ex n. 7. 14. 15. 16. quæ sunt in praxi memoranda, et utilia.

Intex bene propter emancipationis benefic.m

Vide quæ scribes ad L. cum oportet §. cum autem J. hoc titulo sed ex hoc titulo videbis usum fructum semel Patri quæsitum in bonis aduentitijs filij X.a dictam L. cum oportet in principio L. 5. tt. 17. p. 4. non ideo extingui, aut finiri quod filius liberatur a Patris potestate atque in id hunc tex. nottat Gomez in L. 6 Tauri. n. 11. Gutierret in repetitione §. sui n. 24. cum sequenti insti. de hæred. qualitate sed est melior tex. in L. 3. in fine, et L. 4. J. hoc tt. L. ultima in fine C. communia de successio. ideoque filio mortuo nihilominus integer Patri remanet usus fructus ex d. LL. qua morte propietarij non finitur L. 3. C. de usufructu. tex. optimus ubi notant Bar. Bal. et alij in L. ultima versiculo sin vero C. ad Tertilia. et docet Acur. in L. 2. verbo difuncto S. tit. 1. et in d. L. 3. gl. ultima communiter receptus

Sm. Gomez et Gutierrez ubi S. eundem Gomez in L. 48.
Tauri n. 5. Pinell. in L. 1. 1. p. n. 39. S. tt. 1. Matienzo ad
L. 9. tt. 1. gl. 1. n. 6. et ad L. 4. tt. 4. gl. 3. n. 8. lib. 5. comp.
quae sententia communis et vera comprobatur, et limitatur
ex 47. et 48. Tau. L. 3. et 9. tt. 1. lib. Comp. quod filius prop-
ter matrimonium liberabitur a potestate Patris in quo
casu speciali filius aufert usum fructum Patri ergo incon
trarium est regula communis ex L. quaesitum 2. Col. 6. §. de
nique ff. de fundo instr. L. nam quod liquide in fine de
penu. legata. inde que inferunt S. citati filio religionem
ingresso aut aliter a mancipato integrum manere usum
fructum Patri, ut etiam delictum committente propter quod
meruerit bonorum confiscationem ex traditas a Simanc.
in instr. Catholi. tt. 9. n. 79. Coua. lib. 2. uarianum C. 8.
sub n. 7. versiculo si delinquente rationemque scripsit
Bal. in d. L. 3. quod licet ad adquisitionem usus fructus re-
quiratur patria potestas non tamen ad retentionem, ut aper-
te colligitur ex juribus citatis adjuncta regula L. Patri fu-
rioso 8. de his qui sunt sui.~

Ex quibus inferitur filio defuncto, in cuius bonis Pater habebat
usum fructum licet illa bona quoad proprietatem eque pertineant
ad Patrem, et Matrem auth. defuncto C. ad Tertilianum lib. 6.
Tauri. L. 1. tt. 6. Lib. 5. comp. tamen decedente postea Matre
eademque uxore adhuc usus fructus integer remanebit Patri

idemque Maritto ex tex. expresso in d. L. ultima §. pen
ultimo ad Tertilianum C. quam bene notant Bar. Bald.
Paul. Salice. ett DD. et omnes supra cittati in principio
idque adhuc hodie utile fore in illis prouincijs in quibus jus
Commune uiget, et bona inter Conjuges non communi-
cantur. obserbant Pinel. ett Matienzo ubi S. ideoque
ego obseruo in Episcopattu Cordubensi ubi talis uiget
consuetudo utile futurum, hujus Consuetudinis testis
est Cordubensis, Sinaan. ubi S. ex n. 183. Palat. Rubeos
in Repetitione Rubricæ §. 6. in fine ubi Barahona additione
ultima alios aferti testes, sed cum extra particulares consue-
tudines, ubi jus Regium obseruatur, bona lucratta constantte
matrimonio communicentur inter Conjuges L. 2. et 3. tt.o 9
lib. 5. Compila. non putant utile posse esse in praxi Cæterum
ego Gomezi Senttentiam libentter sequor, qui in d. L. 6.
Tauri. n. 12. puttatt adhuc stantte jure Regio locum fore de-
cisioni d. L. ultimæ ad Tertilianum quia illa usus fructus
adquisitio ad Patrem tantum potuit pertinere non ad Ma-
trem propter L. cum oportet in principio aduinto §. feminæ
institutis de adoptio nec, n̄, a principio adquisitionis filio
adhuc viventte potuit ad eam tamquam ad Matrem
pars usus fructus pertinere, sed potius tamquam uxo-
rem Patris istius filij, et tunc cum ille usus fructus non
fuerit quæsitus ex communi pecunia aut mariti in
dustria sed potius ex L. dispositione, jus quidem non

communicavit, sed sola commoditas, quę lucro mariti cesserit pro ut res familiaris fuerit aucta. Nec d. LL. 2. et 3. tt.o 9. lib. 5. Compilationis adhunc Casum ullo modo sunt trahendę, nec aplicandę. quinimo ex eis potius colligitur contrarium cum expresse dicat d. L. 3. eaque obveniunt altteri ex conjugibus ex testamento vel ab intestato, vel ex particulari donatione, et denique non ex quęstioni Communi, ut industria, et negotiatione durante matrimonio facta non fieri communia idque vel ex eo patet in nostra specie quia si Pater idemque maritus decederet ante filium, usus fructus finiretur, et consolidaretur cum propietate quam filius habebat, neque quidquam penes matrem eandemque uxorem remaneret, nam cum Pater solus sit ususfructuarius, ejus morte finitur usus fructus ex regula §. finitur institutis de usufruc. L. curationem C. eod. pręterea et in nostra specie filius decedens non potuit in matrem plus juris transferre quam ipse habebat ex L. nemo 55. L. hęredem. 60. de Reg. juris. et facit L. interest, C. de usufructu. versiculo nam usufructuarius ergo cum filius familias nudam tantum haberet propietatem non potuit usum fructum in matrem transferre etiam si ex testamento eam hęredem instituisset ex 3.a propter bonorum, ut potest ex jure Regio L. 5. Tauri. L. 4. tt.o 4. lib. 5. Comp. nam illa testandi facultas debet intelligi, sine in

commodo, et præjudicio usus fructus a Patre quæsiti, ut arg.° L. si quando 32. in principio C. de in officio Testam. et L. 2. §. Si quis a Principe ff. ne quid in loco publico resolvit Telles fernan. in d. L. 5. Tauri. ex n.° 43. contra quem communem sententiam cum Greg. et Pinel. et Tello ubi S. resolvit, nunc Matienzo ad d. L. 4. gl. 3. n.° 3. et 4. qui debuisset citare Molinam bene resolventem lib. 2. de Primoge. C. 9. n.° 23. et omnium latissime Joannes Roxas de Successionum C. 29. ex n.° 10. cum sequentibus ergo neque ratione adquisitionis, neque successionis matri eidemque uxori pars usus fructus competit, sed tanquam uxori cuius jus soluto matrimonio disolvitur et sic finitur hæc Lex 2.

Ad L. 3. ff. tt. bene:

donationem ante nuptias Patri.

Hujus etiam donationis facta mentio est in L. 2. S. hoc titu. et nemo hactenus explicuit cum esset omnino necessarium ad harum legum interpretationem. Tu autem brevitter resolve quod multis verbis non potuit intelligere Tello ferz qui omnes reprehendit in L. 22. Tauri. han donationem ante nuptias, quæ etiam propter nuptias appellatur in §. est et aliud institutis de donationibus et in auth. ut immobilia ante nuptialis donationis in principio coll. 5. et in L. ultima §. Similique modo

ad inter prætationem illius tituli C. de donationibus ante nup. vel propter nuptias nihil esse aliud, quam dotem masculinam ut sic dicas, quod in uxore dicitur dos in maritto dici donationem propter nuptias ut plane colligitur in d. §. est et aliud, et optime probatt Coua n.º 4. 2. p. C. 3. §. 7. n.º 12. licet postea vacilet confundens sponsalitiam largitatem cum donatione propter nuptias sicut et Anto. Gomez post Castell. in L. 5. Tauri ex n.º 9. melius explicatt Cuia. lib. 5. observatio. C. 4. et nobella 22. et 97. sicque iam intelliges cur imperattor in L. cum multæ in fine principij et in §. simplices C. de donatio antte nuptias, dixerit donationem propter nuptias nomine et substantia non diferre a dote æquiisque passibus cum ea ambulare et in d. §. est et aliud ex æqua tam esse dotti, quod cum non intelligeret Anto. Castan. vim inferet litteræ illorum jurium in tt. de sponsalibus et matris tt.º ultimo de donatio propter nuptias n.º ultimo multas, et varias constitutiones diferentias inter dotem et donationem propter nuptias sicut alias addit Gomez ubi s. cum tamen melius fecissent constituendo regulam generalem, ut quidquid constitutum sit in dote respectu maritti, idem censeatur, observandum in donatione propter nuptias respectu uxoris item et parentum quia cum in alijs allegatis juribus æquiparetur donatio

propter nuptias doti consequens est in dotte dispositum
in illa donatione admittendum ex L. si quis servo 20.
C. de furtis ubi notat gl. ut lex disponens in uno ex equi-
paratis censeatur disposuisse in alio quam regulam sepe
notat Tello ferz in L. 3. Tauri. 4 p. n. 16. et in L. 4. n. 22.
et 25. et cum donatio hec propter nuptias antti donatio
seu antti dos dicatur, vel contraria dos, ut in L. cum multe
20 in principio bene Antti ferna C. de donatio. ante nupti.
Locum debet habere regula contraria, quorum una debet
solett esse disciplina ut in principio de his qui sunt sui,
ex L. si contra 35. in fine de vulga. late Everardus loco
39. a contrario hancque utriusque conventionem, ett
velutti consonantiam videbis in L. ultima C de dotis pro
missione ubi eadem est obligatio in parentibus, item et in
insinuatione L. ultima C. de jure doti et in Collatione
in L. ultima. 1. ut liberis 17. L. illud. Lillam C. de Collatt
L. 25. L. 29. Tauri, item quemadmodum maritus rei ven-
ditione utitur ad res dotales L. doce ancillam de rei vendica-
tione C. sic, et econtra uxor ad res donationis propter nup-
tias ex L. ubi adhuc cum auth.ª sequenti C. de jure dotio.
et in auth.º permissum C. de donatio antte nuptias et quia
in omni societate iniquum est idem jus in sotijs non observari
L. et si non fuerit 29. §. 1. in fine. ff. pro sotio sic in hac societate
uxoris et maritti de quibus in L. 1. de ritu nuptiarum longe

iniquus esset si in æquale jus non admitteremus, quam ra-
tionem videtur considerare tex. in d. l. cum multæ et in
auth.° dos data, quæ sic debet intelligi C. de donatio ante
nupti propter illam suam æqualitatem in lucris, et dam-
nis observandam inter conjuges quia cum antiquiori jure
dos cederet l. vero maritti uxore in matrimonio defuncta
x.a ea que resolvimus in l. 2. T. hoc titulo de bonisque libe-
ris, eadem ratione maritto in matrimonio defuncto dona-
tio propter nuptias cedere debebat lucro uxoris ut facile
colliges ex supra dictis et ex l. ex morte 9. C. de pactis
conventis ex prædicta enim æquiparatione qua nititur
illa tam exacta qualitas, hoc necessario erat admitendum
ut sic intelligas tex. in auth. æqualitas cum legibus sequen-
tibus C. de pactis conventis. Denique vid ebis quemadmodum
dos profectitia ad Patrem revertitur l. dos a Patre C. soluto
matrimonio cum alijs sic de donatio propter nuptias pro-
fectitia ad Patrem, qui constituit revertitur in l. 2. supra hoc tit.°
Eademque sententia consideratta ratione fit ut quemadmo-
dum uxor maritto dotem tradere tenetur ita et contra
maritus uxori donationem propter nuptias ut facile colliges
ex tex. sic intelligendo in C. nostrates 20. q. 5. dum bene cons-
tituitur sponsum dotem traditurum sponsæ et dubium
non est accipi oportere de dote hac maritti sua donatione
propter nuptias ut recte advertit Contig. 1. disputationum
C. 12. versiculo quintus Cassus et aperte probat regia l. 7. tit.°
11. p. 4. et induci potest contextus auth. dos data C. de donatio
ante nuptias ubi illud verbum (meretu) necessitatem

inducit ut cum judicio advertit bene Acur. verbo meretur versiculo imo, et latte probatt bene Salicetus, et communem Sententiam resolvit Afflictis decissione 242. n.º 1. licet contro verttat Menoch. de recuperanda possessione Rem.º 15. n.º 15.6 qui magis puttat voluntati Mariti deferendum esse cum tamen verior longe sitt communis Sententia ex suprad-ictis nisi quo casu initio conttractus matrimonij aliud con-venttum fuissett, nam tunc pacta erunt observanda ex tt.º ff. de pactis dotta. et ex L. in mortte in fine et ttoto tt.º C. de pactis conventtis, ett potteris inducere L. ubi adhuc in fine C. de jure dotium L. conttraxitt, si pactum fuerit adiec-tum consttantte iam matrimonio, quia magis erit donatio intter conjuges prohibitta arg.º L. ultima §. Similique modo in fi. et L. si consttantte 17. versiculo nec obsitt, C. de do-natio antte nupti. ett rette advertitt Cuia. nobella 22. pag. 5. indeque praeterea fit, ut soluto matrimonio dos ad uxorem suis ejus heredes ex L. unica §. illud proculdubio C. de rei uxoriae actione adiuncto C. ultimo de donationibus inter virum et probatt L. 7. tt.º 11. p. 4. cuius non meminit Gomez idem tradens in L. 50. Tauri n.º 1. Praeterea etiam et inde fit uxorem habere donationem propter nuptias ob causam et ex oneroso non aliter quam de dote respectu maritti probatt L. ultima §. si a Socero ff. quae in fraudem cre-dit. uti diximus in L. 2. T. versiculo munificientia retardetur et bene dicta possun hic repeti in casu con-

trario ad multtarum legum explicationem et potteris expendere d. l. cum multę versiculo quia quasi antiferna bene et non simplex donatio C. de dona. ante nuptias. ~ ~ ~

Quibus et illud finitum est ut donatio propter nuptias esse non possit ubi non est matrimonium ex supradicta equiparatione adjuncta L. 3. ff. de jure dot. quod non satis percipiens Antto. Gomez in L. 50. Tauri. n. 56. versiculo Tercio in fero male deducebatt uxorem non lucrari Arrhas Xa. legem 52. Tauri L. 4. titulo 2. lib. 5. comp. quoties matrimonium non consistitt propter juris prohibitionem ut specie L. penultimae §. Julianus ff. quod falso tuttore ductus auth. Acurt. verbo non intervenientte in L. si sponso 16. C. de dona. antte, sed sane male deduxitt argum. nam Acurs. loquitur de sponsationi alia donatione non de hac propter nuptias ut colligitur etiam ex L. 3. tto. 11. p. 4. quę ut bene advertit Grego. verbo, Besado, deducta est ad d. L. si sponso, pręterea etiam et magis peccat Gomez dum argumentatur a donatione propter nuptias ad Arrhas quarum donationum diversa ratio est, nam Arrhę solent dari in pręmium amissę et prostitutę pudicitię uxoris argo. L. res uxoris 24. bene quia pudicitię primo cessitt C. de donationibus inter et notat

Palatius Rubeos. in Repetitione Rubricæ §. 12. n.º 1. Coua. in 4. 2 p. C. 3. §. 7. n.º 12. Padilla in auth. Resque n.º 31. C. commu. de Lega. et neminem Referens Baeca de non meliorandis C. 5. n.º 19. quæ sane Ratio amissæ pudicitiæ æque admitenda erit sive matrimonium Consistat sive non teneat propter Legis prohibitionem, si tamen mulier osculum, vel copulam amiserit et ideo non mirum si lucretur Arrhas, vel sponsalitiam largitatem x.ª d. l. si ã sponso cuius argum. posset defendi opinio Gomez quoties osculum aut Copula non intervenisset ex Alcia. in Rubrica soluto matrimonio n.º 6. et deducitur ex Palat. ubi S. §. 36. n.º 7. cessat, ñ, illa Ratio amissæ pudicitiæ quæ sunt memoranda ad. l. 52. Tauri et ll. partitæ et compilatio. S. allegattas. ~~~

Et ad inter prætationem fori Valentini Alphonsi Regis Aragoniæ tt.º Soluto matrimonio ubi augmentum dotis illo idimatte, creix, lucratur uxor per tempus vitæ suæ decedentte viro constantte matrimonio, si modo Virgo nupserit cuius fori meminit J. Roxas de Successio. C. 33. n.º 33. inducens pro eo l. 23. tt.º 11. p. 4. ut intelligatur sive matrimonium fuerit solemne, et validum, sive posttea nulum aparuerit propter Legis prohibitionem si modo ipsa bona fide viriles concubitus admiserit et pudicitiæ facturam fecerit. ~~~

Hæc tamen omnia quæ hactenus diximus accipien

da sunt de donatione propter nuptias, quæ in suo Vero et genuino nomine stat ut in Simili inquit J. Consultus in L. juris gentium in principio H. de pactis: Cæterum ex falso juris Civilis intellectu, vel ex consuetudine Provinciarum aut legibus municipalibus magna facta est veræ hujus significationis conversio vel apud nos videbis in L. 1. tit. 11. p. 4. et L. 87. tit. 18. p. 3. ubi ex consuetudine Hispaniæ Arrharum nomine donatio propter nuptias sub intelligi solet ut observat ex d. LL. Palat. Rubeus §. 12. Rub. n. 1. Menses ubi J. n. 25. Bacca. de non meliorand. C. 4. n. 22. in quo sensu solent intelligi C. pervenit 4. de emptione et vendi. C. plerumque 4. adiunta gl. verbo dotalitium et C. nuper 6. versiculo ultimo de donatio inter sed sane quamvis in d. L. Regia hujus Hispaniæ Consuetudinis mentio fiat non admodum ab ea aprobatur neque vera esse potest talis acceptio ut advertit Cova. lib. 8. C. 9. n. 7. et nos. J. demos tracimus Consentitque Cova. in 4. 2 p. C. 3. §. 7. n. 12. et ad huc differentias agnoscit inter Arrham et donationem propter nuptias Greg. in d. L. 1. Versiculo en España et verbo costumbre usada Palat. Rub. Relatus a Roxas ubi J. n. 35. et 36. Neque impedit accipere d. C. pervenit, et d. C. nuper de vera donatione propter nuptias, et quæ in suo nomine stat, quem admodum intelliges

C. ultimo de dona. inter nam d. C. plerumque in nepte trahitur ad donationem propter nuptias, n̄, & alijs bonis non dotalibus qualia sunt paraphernalia sive quasi dottalia de quibus agitt tex. in L. si ego 10. versiculo dotis ff. de jure dotio. Cova lib. 1. variarum C. 7. et in C. quamvis pactum 2 p. §. 1. n. 9. Denique verum non est hujus donationis propter nuptias usum consuetudinis penitus esse (per) sublatum et inde consuetudinem abijsse, ut plerique puttant duce Acursio in auth. æqualitas verbo pari, C. de pactis Convent. cuius aut.e secure traditt Gomez in L. 50. Tauri. in L. 10. et 11. Cuia. lib. 5. observationum C. 4. in fi. Costan. lib. de sponsalibus, et matrim. tt.o ultimo in fi. et alij passim sed si adverttas non itta temere locutus est Acur. sed cum judicio puttat eam æqualittatem dotis et donationis propter nuptias quoad quantitatem hodie non itta stricte observari sicut olim quod et nos fattemur sed negari non potest hodie donationis propter nuptias tractationem utilem esse, quia sæpissime in genere, et quoad quid solett inter consoceros celebrari quod accidit quoties agitur inter eos de filijs elocandis et pacta adijciuntur sm̄ quæ Patter filij nuptijs destinatti certtam bonorum parttem statim consignat quam in matrimonium et commune verbum filius deferatt sicut e converso Patter filiæ quæ nuptura est

constituit portionem dotis nomine quam statim habeat
ut tam ex hac quam ex illa constitutione bonorum
novi conjuges alant, et matrimonij onera sustineant
quo casu observanda erunt quę de donatione propter
nuptias diximus cum jure non fuerit sublata arg.ª
L. percipimus in fine bene quod non mutatur C. de ap-
pila. L. sancimus C. de testa. relinquitur ergo pers-
picua explicatio hujus tex. dum agit de filio fam.
dotem lucrante aut de filia fam. donationem prop-
ter nuptias conse-quen. nempe decedente altero eorum
constante matrimonio non tantum ex pacto ut Acur.
puttabat sed etiam ex juris dispositione superstitis
lucro cedebat dos alterius prę mortui x.ª que resol
vimus in L. 2. supra adiuncta auth. ę qualitas C.
de pactis convent. quamvis hodie citra pactionem
non possit habere ex §. illud proculdubio C. de rei
uxorię actione ~~~

In tex. verbo: jure hereditatis.

Extollunt Bar. Paul. Salice. et pręcipue Fulgo
hic cum quibus Antto. Gomez in L. 5. Tauri
n.º 2. et 3. ut filius fam. liberis relictis decedens jure
hęreditario in eos transferat bona adventitia ne-
que occupavit Pater juri Peculij et idem colliges

ex L. ultima in fi. C. communia de success. L. ultima
§. sin vero C. ad Tertilianum, quod jure Regio non
tantum ab intestato erit admitendum verum et
ex testamen. propter d. L. 6. Tauri adiuncta L. 5. et
quia propter matrimonium fit Pater fam. ex L. 47.
Tauri. et ex generali totius orbis consuetudine, ut scri-
bes ad L. non sine j. hoc titulo sicque iam hodie ex hac
L. et 5. citatis fallere videbis vulgatam Regulam
L. 2. ff. de cast. pecul. ex qua vulgo docemur filium
fami. heredem non habere, quam notant Bar. et alij
hic Corra. lib. 6. miscella. C. 11. n. 4. et est tex. longe
melior in L. sed Julianus 9. §. quamquam ff. ad Maced.

In tex. bento: si liberis extantibus.

Sunt qui expendant hunc tex. pro opinione Martini Relati
ab Acur. gl. in L. dos a Patre, C. soluto matrimonio docentis
Regulam illius legis et L. jure succursum ff. de jure dot.
L. Pater 71. de evict. L. si ab hostibus 11. ff. soluto matrim.
L. dotem dedit 6. ff. de Collat. bonorum L. si filius fami.
19. ff. ad Macedo. procedere ut ita demum dos a patre
profecta ad eundem revertatur si modo filia sine
liberis decesserit nam illis superstitibus jure retentio-
nis in eorum favorem utendo erit excluso avo eodem
que patre matris pro qua sententia solet induci
quod dos sit pro puim filij Patrimonium L. cum dos.

7. ff. de pactis dotta. L. 3. §. utrum in fine ff. de minoribus et quod ex hac lege filia fam. relinquens filios eos heredes habeat, patre excluso: item et magis urget L. inter socerum 26. §. cum inter ff. de pactis dotali. in cujus specie nulla alia ratione dos retinetur filia defuncta liberis superstitibus, quam quia ille casus filiorum fuit omissus, et in consequens relictus dispositioni juris communis ex L. si extraneus ff. de conditione causa datta ergo jus commune sugerit ut filij impediant dotis reversionem ad avum, a quo profecta erat, quę et alia considerat late Salicetus Martini sententiam probans in L. 2. §. latius in d. L. dos a Patre et 20 fundamenta instituit Maria Socin. Cons. 9. lib. 1. forcatu. in cupidine juris peritto C. 7. et jure veteri hanc esse verioxem sententiam agnoscit Cuia. tt. 6. ad Africa. sub lege Pater dottem ff. de procura. et de generali consuetudine ita observari fattentur Paul. et Corne. in d. L. 2. Gomez in L. 50 Tauri n. 28. et alij pro contraria sententia referendi, et probatur regia L. 30 tt. 11. p. 4. ubi Greg. notat verbo (dejare) et hoc jure utimur. = Sed sane si adverttas relata arg.ª non multum urgent et quod atinet ad nostrum tex. in neptte sane inducitur à Socino. d. Cons. 9. n. 3. namq.

ut Rite aduertit Bald. in præsenti sub n.º 4. versiculo
opono de dote in posteros transferenda nihil in præsenti
constituitur, sed de lucris nuptialibus ex matrimonio
quocumque titulo, quæ sitis ut in L. 1. §. ad quam tex.
iste refertur, quod in dote non esse admitendum magis
videtur probandum ex L. 2. §. cuius ratio extingit con-
tra Martinum ut bene aduertit Acursius verbo retarde-
tur et tam d. L. 1. quam 2.ª decisio in hac lege confir-
matur, hoc etiam addito, ut non tantum ex matrimo
nio quæsita in dominio, et pro pietate filij filiæve fam.
remaneant verum et transferant ad filios jure hæred-
ittario exclusis Parentibus ipsius filij filiæve fami. quo
fit ut parum etiam te debeat mouere quod dos sit
efecta ipsius filiæ ex d. L. cum dos et d. L. 3. §. sed utrum
et quod successio deferenda sit descendentibus non
ascendentibus auth. de hæredi. ab initio venientibus
§. 1 auth.ª in sucessionem C. de suis et legi. L. 3. tt.º 13.
p. 6. L. 6. Tauri L. 1. tt.º 8. lib. 5. compila. nam negand-
um est hoc tempore dotem profectitiam ad filios trans-
ferri, superstite patre filiæ ejusdem quia Matris cum esset
ad eum reversura ex regula d. L. dos a Patre cum alijs
cittatis, neque quod esset filiæ Patrimonium quidque facit
nam recita Acursi interpretatione in d. §. sed utrum
verbo Patrimonium versiculo et quod hic dicitur dic-
entis esse quasi Patrimonium non autem absolute Pa-
trimonium ex tex. quem non intelligit in L. in eum

16. ubi Re petit, verbo suis ff. de Relig. et alia ineptiori interpretatione Claudij tit. de legitima. art. 11. n. 9. dicentis propium dici Patrimonium quia uxor Regulariter nulla alia habeat bona, quod admiti non debet ex d. L. in eum est L. Celsus 22. cum sequentibus ff. de Relig. L. si ego 10. versiculo dotis ff. de jure doti; neq. placent alij interpretationes Cephali Cons. 256. ex n. 50 lib. 2. et Cæsaris fumagi in L. in quartam n. 423. ff ad L. falcid. existimantium d. §. sed utrum loqui in doti Rei propiæ ipsius filiæ quod aperte Rejicitur ex d. L. cum dos in principio adiuncto versiculo 1. ~~

Quare tu dic viventte filia ipsius esse proprium Patrimonium ita tamen ut ad alium moriens transferri non possit ex d. L. dos a Patre, et potteris inducere tex. elegantem in L. ultima §. filijs autem J. S. tt.o neque ea res facit, ut interim dum vivit domina dici non possit argo. L. non ideo 56. de Rei vendicatione, hæcque fuit ratio dubitandi in d. L. in eum videbatur, n. filiam eandemque uxorem ex dote non esse funerandam esse, quia licet dominasset dum vivebat, postea tamen qui e vivis excessit non jure hæreditario sed ex juris dispositione dos ad maritum vel ad Patrem pertinet et tamen Respublica J. C. æquissimum esse, ut quemadmodum ex propijs Patrimonijs ita et de dotibus funeretur: quare dotem quæ a Patre quodam modo viva filia retineretur propter

spem et jus de quibus in L. Pater 71. de evect. cum
alijs J. cittatis et quam lex Patri deferta in solatium
amissæ filiæ L. jure succursum de jure dotium, et ad li-
beros mater eandemque filia fami transmittere non
potuit maxime cum eo tempore hæredes habere non
potuissent in profectitijs L. 2. §. hoc titulo quod Prudenter
advertit ad inter prætationem d. §. sed utrum Costan.
qui superiora non vidit in commentario de dotibus
C. 6. n. 7. præterea non obest lex. elegans in d. L. inter
socerum, §. cum inter ff. de pactis dota. nam qui di-
cunt juris dispositione dotem detineri nomine filio-
rum merito sunt reprehendendi, retinetur nam
ex pacto tacito sed quod ex expresso contrahentium
consensu, et judicio conventum potius esse dixeris: hocque
J. C. ostendit bene hoc autem inter contrahentes intel-
ligi debet, nam cum convenisset inter socerum, et ge-
nerum, ut filia in matrimonio defuncta sine liberis
dos reverteretur ad Patrem, in duos Casus Pater voluit
sibi consulere sed si in matrimonio decederet filia, et
sine liberis atque cum Casus mortis evenisset, reliqua
fuit dubitatio circa alterum Casum propter conditio-
nem sine liberis, quam recte J. Consultus inter prætatur
ut liberis existentibus dos retinealur, namque illorum
duorum Casuum inclusio hunc efectum habere debuit
Tertius ille Casus in pactum non deductus nempe si

cum liberis decederet exclusus a Socero sit in fabo
rem generi, quod verius est L. Rebius 30. versiculo
quia si inter eos de pactis dota. et ex regula L. cum
Praetor 12. in principio de judicijs. L. maritus. C. de pro
curatoribus. L. cum de laniones §. cui fundus, et §. quae-
dam ff. de fund. instr. et satis efficaciter induci potest
bene si cum dotem 23. ff. soluto matrim. quae in genere
concordat cum d. §. cum inter in una, n, et altera spe-
cie unius Casus expressio abnegat Patri aut dotem
constituenti. actionem in alio non expresso quod recte
perpendit Zacius lib. 2. Singula. Respu. C. 2. n. 5. et 11.
Nec discrepat Cuia lib. 4. observationum C. 23. et consentit
Contius lib. 1. disputationum C. 5. latius Costaneus ubi
S. n. 8. qui omnes ex pacto dotem retineri agnoscunt in
d. §. cum inter, quod etiam prius admiserunt Bal. Ang.
et Immo. et Claud. Col. 6. in d. L. si cum dotem, qui ta-
men contendunt in ea specie maritum dotem retinere
propio nomine ratione tacitti pacti, quod longe verius est
ex bene intellecta d. L. Bebius cui adde Zazius, Cont.
et Cuia. ubi S. et lib. 13. C. 26. qui melius intelligunt quam
Bald. in auth. sed et si quis n. 8. C. de secundis nup-
tijs et Alex. qui multum se involuit in d. L. si cum
dotem Col.a penultima, et ultima, licet nomine propio
a genero. sed potius nomine filiorum dotem retineri
quasi hoc sit speciale eorum favore et retentio in

ducatur a contrario Sensu in d. §. cum inter non satis sibi constans voluerit Bal. hic col. ultima versiculo nec obstat, et docet Bar. in d. L. si cum dotem n. 9. ubi Alex. n. 15. Constantius Rog. n. 68. et dicit receptam interpretem Ruynum Cons. 132 n. 11. lib. 2. Tobias. Nonius Cons. 49. n. 8. et 9. lib. 1. quibus adde Panu. de lucro dotis gl. 5. in principio, hæcque opinio usu recepta est sed hanc eam, alteram aliam contrariam omnes conveniunt in specie d. §. cum inter dotem ex pacto retineri argumento sumpto a contrario Sensu, in idque illum tex. extollunt multa inde inferens Borninus, Cavalcanus tractatu de tutoribus, et Curatoribus ex n. 8. ~ ~

Et ego considero quod cum in ea specie dos a Patre profecta fuisset, et inconsequens ad eum reversura filia in matrimonio decedente ex d. L. jure succursum ff. de jure dotio. d. L. dos a Patre C. soluto matrimonio, illud pactum quod tacite inneerat ex juris dispositione a Socero adiectum oportebat aliquem effectum habere ex tex. optimo sic intelligendo in L. si convenit C. C. de pact. Convent. si præmittas ad illius inter prætationem eo tempore dotem adventitiam in matrimonio uxore decedente lucro Mariti cedere L. penult. §. 1. ff. quod falso. tut. L. penultima ff. de fundo dot. cum sequent. alijs de quibus in L. 2. §. hoc titulo quamvis hodie in adventitia posset intelligi pactum in specie d. L. si convenit ex §. illud

proculdubio C. de Rei uxoriæ, quod Pauci uident. ~~

Ex quibus omnibus relinquitur sublatis pro Martino adductis argumentis quibus et alijs ex ordine satisfacit Costaneus. ubi S. ex n. 3. nouiorem esse Bulga. et Azonis Senttentiam quam Acursius probatt in d. L. dos a Patre argumentta adferens præcipue ex generalitate dictarum LL. ad uintta Regula L. 1. §. generaliter ff. de leg. prest. L. de prætio. ff. de public. et alia considerat Bal. in d. L. dos. et in L. 2. S. hoc titulo ubi Acursius verbo Rettardetur in ibique Paul. Corne. et alij latte Bar. in L. post dotem n. 28. ubi Alexan. n. 25. et Vicent. Comunem Senttentiam Resolvunt ff. solutto matrimonio et cum eod. Bar. n. 12. in L. in quarttam ff. ad Legem falcidiam bene Ripa n. 169. Paul. de Montte pico n. 212. Cæsar Perusi. n. 422. Gomez in L. 50 Tauri. n. 28. Nonius Cons 48. et 49. et probatt Cuia. tt. 6. ad Africa sub. L. cum Patter. ff. de procura. latissime Consttant. Rogerius tt. de dote §. 18. Panu. ubi S. gl. 11. n. 3 qui omnes cum hanc vulgarem Senttentiam Veriorem et Receptiorem conttendantt facile agnoscunt Martini conttrariam opinionem consuetudine et praxi esse Receptam Sin. quam ne potes avo proferuntur quod jure Regio extra conttrouersiam est, ut S. Resoluimus. ~~

Ad §. Sin autem.

Non immeritto Fulgo hic admonet hujus tex. Senttentiam Simplicissimam et in facile esse erratile tamen

Acurs. Bar. et aliorum interpretatione factum, ut obscuritate, et superet. ipse quę Fulgosius n. 7. non minus in errore cum alijs volutatur: tu autem adverte totam hujus tex. dificultatem ortam fuisse ex prava ejusdem tex. initij exceptione, cujus tamen simplicissima et verissima sententia, hęc est, ad quad advertisse hactenus vidi neminem. Cęsares in principio hujus L. constituerunt donationem propter nuptias, quam ex matrimonio filia fam. a Maritto fuit lucrata, (et idem intellige de dote quoad maritum eundemque filium fam.) sibique quoad propietatem quęsivit ex L. 1. eandem superstitibus filijs Patreque relictis decedente ad filios illam transmittere, Patrem autem non occupare jure peculij, sed illud dubium faciebat, quod atinet ad filium fam. decedentem lucrata dote, an postquam eam ejus filij iidemque nepotes adquisierunt, et tantaque fuit statim avo quęreretur per Nepotes ratione patrię potestatis L. placet 77 de adquiren. hęredi. ad vinto §. 1. institutis. de patria potestate, et tamen respondent imperatores neque per nepotes avo quęri, et observabis tam in uno quam in alio casu nempe donationis propter nuptias aut dotis lucrattę, eundem dici et appelari Patrem et avum diversa tamen admitti collatione nempe quoad filium fam. decedentem appelari Patrem, quoad ejusdem

filij familias liberos appellari avum quod, cum Accur. Bar. et alij non percipiant, hęrent, in multis, et hujus L. decisionem admirantur ex ea docentes pacto fieri posse ut uxor prę moriens lucretur donationem propter nuptias superstite maritto cum tamen in dote respectu maritti id locum habere non possit ex L. 2. regula ff. de pactis dotalibus L. 1. versiculo, et hoc ff. de dotte prelegatta, sic limitata regula auth. ęqualitas C. de pactis conventt. quod etiam admittit Tulgos. hic n. 7. quo nihil stultius fingi aut excogitari potteo in quo etiam vacillatt Laurent. Silv. cons. 56. n. 30. lib. 1. nam debuerunt DD. advertere Cęsares promiscue constituere de filio et filia fam. de dote, et donatione propter nuptias; una ergo et par debett esse determinatio ex vulgatta regula L. iam hoc jure ff. de vulg. L. quamvis C. de impub. neque video cur magis de filia fami eandemque uxorem superstite maritto decedentte hunc textum intelligantt, quam de eadem vidua iam facta sicutt intelligunt de filio fam. eodemque marito super veniente et post mortem uxoris morttem obeuntte pręterea et contra DD. efficacissime facitt quod mortua filia fam. eademque uxore maritto et filio communi superstitibus simul et Patre avo sed hujus filię et Socero mariti ejusdem filię ratio, et jus exigebantt ut maritus iste tanquam Pater pręferetur Socero eidemque avo materno in successione cum proximiorum pręcipua et

prima sit Causa Salua gradus prorrogativa auth. defuncto
C. ad Tertulianum et non potuit seculo horum imperato-
rum avus maternus, qui cognatus erat praeferri Patri
qui et agnatus ex §. praeferuntur inst. de s. C. Tertull. et
quia si mater adhuc viveret superstite marito eodemq.
Patre decedente filio communi excluderetur a Maritto
ex L. 2. Col. 4. §. ita demum versiculo objicitur cum §. se-
quenti et L. aequissimum 5. ff. ad Tertulianum ergo quem
admodum Pater matri praefertur, praeferendus etiam
erit avo, eidemque Socero arg.o L. si viva matre
C. de bonis, mater. et magis ex d. §. praeferuntur versicu-
lo Pater vero, adiuncta regula si vinco vincentem te, et
quia de qua in L. de accessionibus ff. de diversis tempo-
rum. tum maxime, quia cum Accursio, Bar. et alij ad-
mittunt, nepotem istum, de quo in principio hujus L.
habuisse Patrem superstitem, et avum maternum, necesse
est, agnoscant ad Patrem deferendam successionem jure
peculij, non autem ad avum maternum, sub cuius non
erat potestate, et cum haberet Patrem non potuit filius
fam. haeredem habere ex L. 2. de Castrense peculio L. sed
Julianus 9. §. quamquam ff. ad Senatum Consultum ma-
cedonianum; quae regula perpetua erat hoc seculo filio
sine filijs discedente ex quibus relinquitur pudendum
esse errorem intelligere hunc tex. de filio fam. decedente
relicti Patre et avo materno superstitibus sed potius

accipi debet de filio fam. qui Patrem et filium superstites reliquit, et hoc de 1. hujus legis parte. ~~

Quibus ita constitutis in hoc versiculo, sin autem imperatores constituunt in alio casu adverso illi in principio proposito, nempe si proponamus hunc nepotem de quo proxime dictum est mortem obijsse relictis tam Patre, quam avo Paterno eoque Patre illius alterius Patris et qui concurrant ad successionem filij ejusdemque nepotis quo casu potiorem esse causam Patris quoad dominium rerum et bonorum filij, avi autem meliorem, quoad usum fructum Cæsares meritissime decreverunt, quia in successione inspicitur agnationis proximitas, et gradus prærrogativa ex titulo de legit. agna. success. et ex d. auth. defuncto bene salva gradus prærrogativa et auth. de hered. ab intesta. veni. §. 1. L. 4. tit. 13. p. 6. L. 6. Tauri. L. 1. titulo 8. lib. 5. compila. et ad hoc istum tex. extollunt multi, qui rectius intelligunt de quorum meminit Cova. in epitho. successio. sub n. 3. Gomez, in d. L. 6. n. 8. et 9. et alij statim referendi contra Bartu. in usus fructus versiculo adquisitione ea ratione avus præfertur, quia præmittimus filium eundemque Patrem istius filij communis fuisse in potestate Patris ejusdemque avi et in consequens filius et Pater sub unius erant potestate ex §. 1. versiculo item qui inst. de patria potestate, et constat usus fructus adquisitionem ad Patriam Potestatem referri ex L. cum oportet in principio ubi dicemus J. hoc

titulo quod autem diversus Casus a Superiori in hoc versi
culo constituatur, manifeste inducunt illæ dictiones, sin autem
nam illa (sin) inducit conditionem ex L. unica §. sin autem
C. de caduci. tollen. notat Parisius Cons. 8. n. 29. lib. 3.: et dictio
illa (auten) quæ aducitur, significans idem quod Hispane
(empero si) ut notat Burgos de Paz, in L. 3. Tauri. 2a. con
clusione n. 85 et 86. adversativæ naturæ est, et superius dicti
adversatur in jure, et in facto, ut latte docet Bar. in L.
hoc amplius §. hoc autem judicium n. 1. ff. de damno
infecto Parisius Cons. 53. n. 21. lib. 3. Burgos. ubi S. et solet
citari L. 2. ff. ne quis eum qui in jus et d. §. sin autem
et tex. in auth. de judicibus §. sed ibunt autem coll. 6. et
de dictione sed et si, quæ eandem significationem ha-
bet, est tex. vulgatus in L. sed et si lege in principio ff.
de petitione hæred. notat Jur. Gutierret in L. nemo potest
n. 268. de lega 1. quod non videtur præter misisse Corne.
hic sub n. 5. col. 3. in principio: diversitas vero harum
1. et 2æ. Specierum manifesta est, quia in illa nepos iste
Patre carebat, neque alia ratione hic apelatur nepos in
hoc versiculo, tam Patrem, quam avum paternum, præ-
terea in 1a. de adquisitione lucrorum nuptialium, inter
nepotem et avum contentio erat, decedente Patre istius
nepotis, eod. quæ filio avi Paterni; in hac vero secunda
specie quæstio agitatur inter Patrem istius nepotis
nunc decedentis, et Patrem istius filij eundem que

avum illius ipsius nepotis de successione in bona materna.
et matterni generis, quæ ex matre vel linea materna nepos
hic adquisierat xa. L. 1. et 2. C. de bon. mater. L. 1. in princi
pio §. hoc titulo ut recte consideratt Cumâ. con. 123. n. 4 quod
etiam tentaverat Paul. in principio licet postea levissime
mutet sententiam cuius in constantia notatata est à
Corneo hic, atque si adverttas seculo hujus L. nepos iste
qui filius erat fam. nulla alia bona potterat habere (ex
ceptibus Castrensibus) quæ patri statim non quæreretur
quoad proprietatem et usum fructum propter Veterem
regulam adquisitionis L. placet 77. ff. de adqui. hæred.
de qua diximus in L. 1. §. hoc titulo, quæ postea temperata
fuitt ex constitutionibus de quib. in d. L. 1. et 2. et ideo
in illis propositta fuitt quæstio, et facitt regula L. non
ad ea ff. de Legibus nam quod de lucris nuptialibus
interprettes comminiscuntur duce Acursio addentes
quasdam commentitias, et sub aduditas pactiones
quas etiam somniarum Cynus Dynus, Bald. fulgo,
Salic. et alij hic, et quas in Caute admititur Cova.
de Successio. ab intesta. n. 2. Col. 2. versiculo verum
ridiculum sane est ut minime ferendum nam præter
quam quod vix est, ut admitti possent non est opus
in re adeo clara, et expeditta conjecturis abuti cum
nulla nos cogatt necessittas ex L. continuus 137. §. cum
itta stipulatus in fine de verborum obligatione L. ille

aut ille 25. § cum in verbis ff. de leg. 3. Neque te moveat
illa verba idem negos propter illud relativum, idem quo omnes
hic vehementer torquentur existimantes, Cassares eo
Casu retento constituere in hoc versiculo, sin autem
ea non dicitur esse illius dictionis ratio, ut memoratas
et proximas repetatat, qualitates ex vulgata traditio-
ne Acursij in l. cum si. 8. §. si uni verbo obligatus ff.
de transactionibus, quam notat Jacobi. de Sancto Georgio
in l. cum fortidianum n. 5. C. de lega. hier. grat.
Cons. 21. n. 26. lib 1. quem obijcem vitare non potuit
Fulgo. hic n. 7. alij autem putant abesse a contextu
ex Cyno. Paulo, et alijs notatt Cornig. in principio
sed tu planissime respondebis illam qualitatum repeti-
tionem non esse perpetuo inducendam ex illo relativo, idem,
ut novissime ostendit Mandot. lib. de privi. ad instar.
gl. 2. n. 5. sed potius quando versamur in dubio et aliud
non aparet ex subsequentibus docente Bar. in l. 1. ff.
de recep. tatt. et in extravagantti ad reprimendum; versi-
culo perinde, quem retulit Carolus Ruynus Cons. 3. n. 4
lib. 3. att in nostro Casu extra dubium versamur, et plus-
quam manifesto aparet, novas qualitates addi isti
neposti simul et casui proximo tam quoad bona, quam
quoad personam pactus, quę hic aditur et in principio
deratt sicque habet locum, personalis tantum
et simplex repetitio ut probatt Cuma. d. Cons. 123. n. 4.

Ex qua planissima interpretatione plane deducitur longe falli opinio Accursi hic verbo Patre, et verbo ejus accipientem et interpretationem illud verbum (Patre) de avo materno, ut sic non inter Patrem, et avum paternum sit contentio ut nos cum multis arbitrabamur sed potius in avos, paternum, et maternum huc quod paterno preferendum in successione bonorum maternorum et materni generis ex hoc tex. quem idem probare extollit, et singularem appellat Bar. quem sequuntur Angel. et Paul. hic idem Bar. in l. post dotem n. ultimo ubi Immola. et alij precipue Alex. n. 35. ff soluto matrimonio repetit idem Bar. ubi sequitur Angelus. in auth. itaque S. communia de successione, et in alijs Consilijs relatis a Cova. ubi S. et a Tiraquelo. de retractu tt. 1. §. 14. gl. 2. n. 12 ubi infinitos refert, quod tam cripsit T. Matienz. ad l. 3. n. 17. tt. 8. lib. 5. compi. et verissimum et receptum testatur J. Rosas. de successio. c. 29. n. 32. et han esse magis communem hujus tex. interpretationem profitetur Alex. Cons. 150. n. 6. lib. 2. sm quam judicavit Senatus Lusitanus referente Anto. Gama. decisione 9. Portugalie et aperte probari l. 10. tt. 6. de las herencias lib. 3 fori testatur bene Montalbus verbo herede, et probat Castillo in l. 6. Tauri. gl. verbo sus vienes sed sane ex S. a nobis observatis perspicum fuit talem

inter prætationem veram esse non posse matterni que et Patterni avorum concursum in hoc tex. non probari neque ex alijs juribus posse admitti sine magna violentia elegantem rationem Siquidem etiamsi Servus contra voluntatem Domini aliquid Stipulatus fuerit, aut adquisierit non tamen potuit impedire adquisitio in persona Servi ubi tamen iam Servo, quæsitum est non potest non juris ministerio transvolare ad Dominum Statim, cum in persona Servi emolumentum residere non possit ex L. placet 77. de adqui. hæred. ~ Nec tamen ea res facit, ut non possit Dominus illud jus sibi debitum ex persona Servi nolle admittere, ut ad illius Legis interpretationem observat Donel. in L. Servus vetante. 62. de verbo, et quamvis dici posit aliquid favoris, etiam quoad Parentes considerari, ut filij efficiantur legitimi ex proposito tamen fine dignosces potius filiorum, quam Parentum rationem fuisse habitam, a Canonicis, et Civilibus legibus sicque in filiorum favorem interpretationem esse faciendam arg.o est, L. quod favore C. de Legibus. L. nulla ratio ff. eod. et quia id quod principaliter agitur est attendendum ex L. 1. ff. de auth. tutor. et ex proposito fine intelliges in cuius favorem dispositio sit accipienda arg.o L. qui exceptionem 40. ff. de conditione indebi. ubi notat latte Bar. et L. Siquis nec Causam L. rogasti in principio ff. si certum petta.

Intex. bento, si non ex Substancia Patris.
Et bento, quo ad usum fructum.
Et bento, exceptis Castrensibus.

Quem exceptio firmet Regulam in contrarium L. quæsitum 12. Col. 6. §. denique de fundo instit. cum facile colliges ex hoc tex. duas notandas Regulas: Prima est quod filius adquirit ex re Patris, vel ejus occasione Patris fit quoad proprietatem, et usum fructum, sic retenta Regula antiqua adquisitionis ut probat hic Justinia. et in §. 1. instituttis per quas personas de qua tamen Regula postea deliberavimus in tit. de peculio profectitio. Secunda Regula est omnium quæ filius adquisierit, Pater habet usum fructum ratione Patriæ potestatis idque satis deducitur ex L. 1. 2. 3. 4. et ultima hujus tit. L. ultima versiculo sivero. C. ad Tertilia. L. ultima in fine C. Communia. Successio. Consonat L. 5. tit. 17. p. 4. adeo quidem ut semel Patri quæsitus usus fructus duret etiam post mortem ipsius filij ex d. L. et ex Reg.a L. 3. et ultimæ. C. de usu fructu de quo latius scripsisti ad L. 2. in fin. S. hoc C. in qua tamen tractatione solet observari, Regulam et decissionem hujus tex. cum generalis sit, generaliter esse accipiendum ex Reg. L. de præstio ff. ad L. falcid. L. 1. versiculo generaliter de lega. præst. et in consequens extendendam ad bona maioratus filiofam. delati, ut usus fructus vel saltem commoditas usus fructus Patri quæratur nec esse cur in hoc casu arg.a hujus tex. recedamus ut notat Bald. in L. 1. S. hoc titulo et in specie

Resolvit Gomez in L. 48. Tauri ex n. 30. et cum alijs Ma-
tienzo, ad L. 9. gl. 1. n. 9. tt. 1. Lib. 5. compila, qui de com-
moditate intelligunt potius, quam de usu fructu, sicut
et Rodericus Suarez in q. Maiorattus ex n. 1. et 5. eam
reddentes rationem, ut mortuo filio possessore Maiorattus
expiret illa commoditas et Patri auferatur, transferaturque
in successorem cum tamen si usu fructus esset quæsitus non
viderentur pactum auferendus ex regula dictarum Legum
et quia cum filius possessor maiorattus non tam dominium
quam usum fructum habeatt, fieri non posse videtur, ut
Patri usus fructus quæratur ne aliter usu fructus reciperetur
usus fructus quod est longe absurdum et contra regulam
L. 1. ff. de usu fructu leg.te quæ tamen rationes levissimæ sunt
ut statim demostrabimus, et verius est dominium considerari
in possessore maioratus quale consideratur in eo qui
gravatus est alteri restituere L. non ideo minus 40. de Ri-
vendicatione L. ultima de usu fructu earum rerum L.
species 16. ff. de auro, et argento. Lega. quæ jura recte
explicatt Paul. in L. Titia cum testam. 35. §. Titia cum
nuberett de Lega. 2. quorum arg.o tale dominium agnos-
cunt, Pinel. in L. 1. P. 2. n. 5. T. tt. 1. Gomez ubi S. cum quo
et Grego. Matienzo. ad L. 3. tt. 10. Lib. 5. compila. gl. 14.
n. 13. latissime omnium Moli. de primogenijs C. 19. ubi
ex n. 18. inde infertur in nostra specie usum fructum

penes Patrem, dominium autem penes filium considerari idque nihil referens verius esse creditur Pelaez de Maioratu. 4 p. q. 30. sicque cessat illa dificultas ex L. 1. de usu fructu leg. sm quam idem, idem poterit dubitari circa L. ultimam C. de usu fructu Ceterum quod usus fructus sit penes Patrem non facit ut mortuo filio adhuc duret quia cum filius familias arg.° L. 4. ff. de usu fructu et quia non potest minuere jus successionis arg.° L. mevius. 68. §. fundo Legato. et magis L. petto 70. §. Predium et §. fratre. L. imperator 72. in principio L. cum filius 78. §. dominus ff. de Lega. 2. sicque non poterit Pater contra voluntatem testatoris, et fundatoris primogenij usum fructum restituere post mortem filij arg.° auth. excipitur ∫. hoc titulo: Neque oberit d. L. ultima C. de usu fructu, nam si adverta usus fructus bene a Patre retinetur propter dubiam testatoris voluntatem ut recte admonet post alios Conn. lib. 1. Commenta. 16. n. 4.

Ad Glo. verbo ex ejus substantia

Laborat Acursius hic in inuistigando quando filius dicatur ex substantia Patris aliquid quærere de quo vide quæ scribes in L. ultima in principio bene ex substantia Paterna ∫. hoc titulo interim vero obseruat Acursius hic usuras, quas filius quæsierit ex Patris peccunia

Patri quæri. cuius Sententia displacet Bar. n. 3. et alijs hic ea nempe ratione, quia quæstus usurarum illicitus est, et omni jure reprobatus C. in omnibus J. C. super eo 4. et tutto tt. de usuris Consequens est ad Patrem non posse pertinere jure peculij quia illicite quæsita non solent augere peculium, nec domino aut Patri quæri possunt ex L. quod Servus 24. versiculo ultimo de adquirenda possessione quem tex. bene inducunt Bar. et alij contra Sententiam Acursi hic quam etiam late in probant Jas. n. 8. et Decius n. 12. in L. illud C. de Collatio et cum infinitis Cassan. ad consuetudinem Burgundiæ Rubri. 4. §2. n. 16. et multa infert Palat. §. 65. rubricæ latte Baeza tt. de decima. tit. C. 26. n. 3. et esse communem contra gl. hic in adquisitis ex Alea. et ex alijs ludis reprobatis, ut non adquirantur Patri per filium resolvit Hipp. Rim. in §. igitur n. 77. inst.ª per quas personas; ego autem licet Bartoli Sententiam verissimam esse existimem, puto tamen Acur. in merito reprehensum namque si adverttas non proposuit quem in quæstu alegibus reprobato sed potius in illis usuris, quæ jure sunt permissæ, ut si pecuniam Patris apud Campsorem deposuisset lucri faciendi Causa Societate Contracta aut si annuos redditus comparasset, et tunc dubitat

Acurs. an illi fructus, sive usurę Patri quęrantur tanquam ex ejus Substantia provenientes. prętereа posset quęstus ille quamvis illicitus a filio exerceri jussu, et mandato Patris, et cum ejus pecunia, et tunc non dubitto, si nomine Patris et tam quam ejus negotiorum gestor fęnus exercuerit, eandem esse juris rationem, quod admittere videtur Fulgos. hic n. 3. nam quod dicitur in d. L. quod Servus cum sensum habet, ut regula adquisitionis, qua quidquid Servus acquirit, domino paratt de qua in §. 1. institutis per quas personas L. placet de adquirenda. hęreditatte, cum alijs et magis in proposito ex L. 3. §. saltus versiculo nec movere de adquiren. poss.e L. etiam inritis 32. ff. de adquiren. rerum dom. ita demum accipiatur si compendium, et lucrum justum fuerit nam Jus Civile ars boni, et ęqui est, in L. 1. de Justitia, et Jure, et ideo illicitum quęstum non agnoscit, ne iniquitatem filij aut Servi videatur aprobare cum attenta juris ratione neque ipse Servus aut filius tale lucrum adquisierit, cęterum postquam iam lucrum etiam illicitum potius de facto, quam de jure ad filium pervenit si ex jussu Patris aut domini non dubitto Patri aut domino quęri ex tex. optimo in L. quod autem ex furto 54. versiculo plane cum legibus sequentibus ff. prosotio

neque filius esset audiendus, si recusaret tum ex regula nostri tex. tum etiam ex regula L. mercalem C. de conditione obturpem. et si matture adverttas ideo in d. L. quod servus malefitia non augett peculium, quia deest voluntas domini idcirco que jure peculij ei non adquiritur, nec revera ex juris dispositione quia non agnoscitt iniquum questum, verum postquam in persona servi, vel filij constitit illud lucrum non video rationem obquam Patri non deferatur et ita accipio Bar. communem sententiam.

Ex quibus probandum est generaliter et in universum defendi posse Accursi sententiam ut quidquid filius adquisierit ex re, et substantia Patris non sibi sed Patri queratt saltem quoties nomine Patris et tanquam ejus negotiorum gestor res patternas exerceatt et administret et potes induci text. iste et d. §. 1. institu. per quas personas generaliter loquentes ex tex. in L. ex re. ff. de usufructu et L. si ita versiculo ultimo ff. de usu, et havitatione et ita videtur docere Speculattor tt.o de judicijs §. sequitur versiculo quod, si altter ex frattibus cuius preter alios meminit Fulg. hic n.o 3. et communem sententiam agnoscunt J. Horozco in L. si tibi §. si pactus n.o 2. ff. de pactis Cassaneus ad Consuetudines Burgundiæ rubrica 6. §. 4. n.o 6. et probatt L. 3. tt.o 15. p. 6. ubi advertit

Gregorius verbo mercantias L. 5. tt.º 17. p. 4. ubi idem Gregorius post Bartholomeum Socinum Cons. 92. lib. 1. elegantter distinguitt animadvertens, investigandum esse qua ex Causa et quo titulo pecunia Patris ad filium pervenerit quamvis s. relattis Cassibus in d. L. 3. verbo mercadurias Greg. adhuc subsistatt propter generalitattem d. LL. generaliter et in universum Constituentium quod filius familias lucratur ex substantia Patterna non sibi sed pattri adquirere, quem admodum tradit Acur. hic cuius Senttentiam jure Regio indistincte esse probandam secure docett Lara, in L. Si quis a liberis §. sed si filius de lib. agnoscen. Tu vero intrepide potes resolvere, in uno Salttem Casu posse temperari decissionem s. dictam nempe quando Patter filio eo animo dedit Pecuniam, ut filius sibi mercaturam aut aliquod aliud ministerium exerceret, sibique quæreret non Patri, nam tunc videtur Patter illam pecuniam a suis rationibus se parasse et licett dici possett donattionem non valere, et in consequens, neque dominium fuisse translattum in filium L. donattiones quas Parenttes, C. de dona. intterui. L. 1. §. si Patter filio pro donato L. 3. tt.º 4. p. 5. quibus adde Gutierrez de juramentto Confirmatttorio 1. p. C. 4. tamen fructus, et usuras ex industria filij pervenientes

licittam habere donationem probari potest argo. L. ex
annuo versiculo si marittus L. de fructibus 18. de dona-
tio. inter virum. iuncta L. 3. §. sciendum ff. eod. quod
absque dubio jure Regio magis erit probandum cum
inter pretem, et filium valeat donatio, si modo in of
ficiosa non sit L. 17. L. 29. Tauri L. 1. to. tto. 6. lib. 5. comp.
ut post alias advertit Guttierrez d. C. 4. nº. 30. multo
ergo magis potterit Pater filio permittere usum et
exercicium pecuniæ dominio Retento quod Paucos video
considerare extra hunc versiculo Casum non puto Receden-
dum a Communi et Generali Acursi traditione, hic con-
firmatta ex Sª dictis, et confirmabis ex L. sed si vir
32. L. fi. de donatio inter precipue si tanquam Patris
procurattor mercaturam exerceat ex d. L. quod Procu-
rattoribus 68. de Procura. ~ ~

In Omnibus tamen his speciebus in quibus filius Rem
patternam exercet et tractat Salarium ei non deberi
pro opera, et industria magis probandum est, quia quam-
vis jure communi filius non debeat operas industria-
les, aut artificiales Patris sed tantum Reverentiam ex
L. penultima de obseq. L. veluti ubi notant DD. de
justitia et jure et non minus bonus tex. hic bene cum
ex suis laboribus aut cum alijs expendit Lara ubi.

S. n. 136. allegans tex. in L. 5. tt. 17. p. 4. ubi filius ex suo
tantum quæritur ex d. L. 3. et satis probatt tex. quo casu
decedente filio propietas illorum bonorum quæ nullo modo
Patri fuit quæsita nunc de novo Patri obvenit, non autem
occupatt jure peculij quod secus est in Castrensibus in quibus
propietas retro et a principio ante excessum filij instanti
Patri fuit quæsita et sic nunc nihil de novo ei quæritur
quod si urgeas plus ergo juris filius habet in adventitijs
quam in Castrensibus: respondebo id nunque posse ex S.a dictis
deduci siquidem admitimus, filium in Castrensibus, in
vitto, et contradictione Patre suo arbitrio uti posse et dis-
ponere ex L. 2. cum alijs C. de Castren. peculio non sic
de adventitijs quorum administr. et usus fructus non filij
sed Patris est, et ideo Patre invitto filius non potest dis-
ponere ex L. ultima §. ipsum versiculo filijs autem j. eod.

et ideo si filius suo jure utatur plus juris habet in Castren-
sibus, et plus Pater habuisse creduntur. ~~

Denique non obstat L. 6. Tauri. hodie L. 1. tit. 8. lib. 5. compi.
bene los ascendientes sean herederos legitimos asu descendientes
en todos los bienes de qualquier Calidad que sean et bene como
lo son ellos asu ascendientes: quæ illa verba (de qualquier Calidad)
includere procul dubio videtur etiam Castrensia quia generalis
est illa determinatio, et nihil videtur excludere args. L. in
fraudem 16. §. 1. in fine ff. de testamento militis et L. a procurato-
re C. mand. et quia esse Castrensia de qualitatem refertur
ut patet et considerat Greg. in L. 6. gl. ultima tit. 17. p.a
Antto. Gomez dicens novum et sub n.a lib. 1. c. 11. n. 36. Col. 2. Go-
mez n. 3. et Castillo verbo de qualquier in d. L. 6. Tauri. Qui
ex illis verbis existimant in Castrensibus hodie Patrem filio
succedere jure hereditario non jure peculij, et variando
probare videtur Grego. ubi S. item et illa verba (como
lo son ellos asu ascendientes) inducere videtur per omnia
ex æqualitatem successionis ascendentium, et descenden-
tium ut considerat J. Matienzo in d. L. 1. gl. 4. et magis
Antto. declara. in L. si quis a Liberis §. Patris n. 37. ff.
de lib. agnosc. et tamen nemo dicet filium Patri etiam
in Castrensibus jure hereditario non succedere quia
constat Patrem fami. peculium separatum ab alijs bonis
non habere ex L. Pater 182. de verborum Significatione

L. 1. cum alijs ff. quando actio de peculio, tum etiam quia
querella competit etiam in Castrensibus et filius Patrem
instituere debet ex auth. de Sanctissimis Episcopis §. Presbiteros
et in auth. presbiteros C. de episcopis, et Clericis adjuncto
auth. ut cum de appelatione cognoscitur §. sive igitur
versiculo Sanctimus Collatione 8. cui Consonat L. 11. tit.
7. p. 4 et ita resolvit Acurs. in L. ultima verbo testam.
versiculo, sed hodie C. de inofficioso et in L. Papinianus. 8.
§. Papinianus verbo Contra ff. eo communiter receptus sm
Clarum recep. senten. §. testamentum p. 48. Cova in C. quia
nos n. 3. de testa. et magis probat Gregor. ubi S. et tamen
constat querellam illi tantum dari quia jus habet succe-
dendi ab intestato. L. posthumus T. in principio ff. inofficioso
tunc respondebis, et sane facile si consideres illas L. Let consti
tutiones taurinas editas esse ad decissionem juris con-
troversi ut constat ex L. 1. in illa compilatione, et inter
alia que controversum juris habebant illud precipue erat
an filius fami. testamentum facere posset de adventitijs
que Patris adquisitionem efugebant movebat que dubi-
um novella constitutio de qua in auth. ut liceat matri
et avie in principio versiculo res autem, Col. 8. et ind. auth.
ut cum de appelatione versiculo Sancimus quarum autho-
ritate ad utramque partem jure Communi solebat dis

disputari ut constat ex Viglio in principio quibus non est permissum ad finem et ex Joa. Baud. Lib. 1. variarum quæstionum C. 1. quæ controversia sublata est, ex L. 5. Tauri quæ extat L. 4. tit. 4. lib. 5. compi. obtinente eorum sententia qui putabant filio fam. in eo casu testandi facultatem esse permissam authoritate constitutionum sic correcta decessisse L. ultima §. filijs autem j. hoc titulo dum tamen tantum testaretur de 3. bonorum parte etiam in præjuditium Patris et ego animadverto illius Legis S.ª decisionem nulla ratione posse intelligi de filio fam. Castrense habente peculium quia de illo nemo potuit dubitare neque in controversiam deducere cum expeditum sit testari posse ex L. ultima C. de inofficioso §. illis et magis §. ultimo instituto. de militia. testam. et ex principio institu. quibus non est permissum et extant integri tituli C. et ff. de militia. testa. et de inofficioso. et jure Regio extabant expresse LL. 6. et 7. tit. 17 p. 4. igitur illa L. 5. non pertinet ad hanc disputationem quia nulli erat dubitatio, et ea ad. Ratione neque d. L. 6. Tauri. quæ cohæret d. L. 5. dum bene disponitur de 3. parte bonorum, sed potuit dubitari an ab intestato constituenda esset aliqua differentia maxime bonorum provenientium ex linea materna, sive Patterna et tamen respondet Princeps. nullam esse

constituendam diferentiam sed Reciprocam futuram successionem quod autem de illis bonis maternis, et Paternis illa L. 6. loquatur, efficaciter probo ex illa exceptione adjecta bene, salvo en aquellas Villas, o Ciudades en las quales segun las costumbre de la tierra vuelbe Tronco y Rait a Rayz et constat exceptionem declarare de quibus bonis Regula loquatur L. nam quod liquide. 11. versiculo ultimo ff. de penu. lega. expendit eleganter Alexan. in L. nam Venium. sub nº 4. C. qui testamenta facere, quę exceptio ad bona Castrensia nulla Ratione potest referri, igitur Regula de illis intelligi non potest ut sic videas non esse tam unam, et ociosam Gregorij titubationem in d. L. 6. gl. ultima tit. 17 p. 4. ut non nulli parum consideratte puttant: pręterea etiam illam L. inductam fuisse in favorem Patris, cuius Succesio activa exequatta est contrarię Succesioni filij bene como lo son ellos, quę exequatio locum habere non potest, in Castrensibus quia Pater non potest habere bona Castrensia separata ab alijs bonis ut S. diximus item et similia verba quę extant in §. igitur insti. per quas personas bene sine ulla distintione hic bene inter pręstantur Hottom. et alij atque cum d. L. 6. Patris favorem respiciat

sic debet interpretari ut Patri faveat non autem noceat
ex L. quod favore C. de LL. L. Ratio ff. eod. nec aliter ei
detractum videatur, si admittamus jure hereditario suc-
cedere in illa bona Castrensia contra Regulam, ut induc-
tam ad augmentum non inferantur diminutionem
L. legata. 17. de Leg. 1. utilius autem Patri esset Commu-
ni et peculij quam hereditatio. admitti palam fit ex S.
d. cum glo. verbo testamento. L. Pater 17. in principio
ff. de Consti. pecul. Rursus et indubio non est inducenda
Legum Correctio quando alia interpretatio sumi potest
arg.o L. Siquando 32. in principio versiculo neque, n, C.
de inofficioso L. precipimus in fine C. de appela. et tradi-
tum est, legem quantumvis generalem non esse exten-
tendam ad Correctionem Legis antiquioris specialem et
particularem decisionem continentis, ut arg.o L. talis
scriptura 30. in principio ff. de Lega 1. docet Accurs. in
L. sciendum. in principio gl. 1. verbo Responde non. ff. qui
satis dare cogant communiter Receptus Sm juris Mati.
in L. 1. gl. 3. n.o 11. tt.o 1. Lib. 5. Compi. et hec est natura de
illius Legis interpretatione Sententia alij meliora cogi-
tabunt. ~~~

Ex omnibus S. dictis aperte relinquitur veriorem

esse, et sine dubio admittendam sententiam existimantium peculium Castrense etiam hodie Patris esse, filio non disponente est propterea propter confiscationem Patri non esse auferendum x.a illam L. si filius 3. C. de bonis proscriptis. ad cuius interpretationem observabis omnino supradicta. ~ ~ ~

Secundo infertur etiam hodie Patrem posse ad Commodum Presdij peculij Castrensis servitutem adquirere in alieno fundo quia cum Patris sit Propietas nihil fit contra Regulam L. 1. versiculo ultimo ff. communia pred. l. fundum. 16. in fi. ff. de exceptio. et hec est Ratio L. ex Castrensi 18. §. Servos, versiculo sed et servitutem ff. de Castrense peculio. ~ ~ ~

Tertio etiam infertur jure antiquo in Rebus Castrensibus potiorem fuisse Causam Patris ejusdem que avi quam filij ejusdemque ne potio ut arg. L. 1. et 2. ff. de Castren. peculio adjuncta L. si Pater in fine. ff. de suis et Legitimis sm subtilem inductionem Benedicti. de Pulbinis in L. post dotem n.o 17. contra Bar. bene n.o 26. ff. soluto matrimonio quam defendit Costa. in L. qui duos, §. cum in bello verbo Patris n.o 12. ff. de Rebus dubijs quod preter quam quod hodie locum habere non potest nisi

in nepote ex filio desponsatto non benedicto propter L. 47. Tauri adjuncta L. Patter, 182. de verborum significatione admittendum est, nepotem avo preferri ex principio versiculo si vero institutis, quibus non est permissum quamvis in Casu nepotis ex filio desponsatto usus fructus avo queritur ex Regula L. 3. versiculo sin autem §. hoc titulo et ex hac Lege cum oportet versiculo si quis ittaque et quia bona, que in filio erant Castrensia in nepote erunt profectitia ex L. Paulus 89. alias ē. L. per procurattorem ff. de adqui. hereditta. cui adde Tiraq. ttt. Cessante Causa 1. p. an. 210. Decius in L. in omnibus n. 18. de Reg. jur. ~

Ultimo observabis feminam non perttinere ad Peculium Castrense, nam hoc privilegium ex Constitutionibus militibus concessum fuit ex principio institutis quibus non est permissum; feminae vero ad militiam non admittuntur quarum sexus bello incongruens est, ut manifesto videbis in L. qui cum uno 4. in principio ff. de Re militari unde neque in militia, neque ejus occasione cum miles esse non possit, adquirere dicetur hoc non esse necessarium ut peculium Castrense esse possit in principio hujus Capitis adnotavimus, licet Anto. de Quesada. diversar. Questionum C. 7. Patrem considerate tenuet in femi

nis Castrense peculium admitti quod nemo dicatt ex S. dictis perperamque pro sua opinione citatt Bald. in L. cum multta per ttex. bene nº 3. J. eodem qui de quasi Castrensi loquitur in id expendes illam Legem, et Baldum sequitur Greg. ad L. 7. gl. ultima tt. 17. p. 4. Minchaca. lib. 3. de Successio. Creatione §. 26. nº 5. et alij multti Sed sane ille tex. nihil tte debett movere tantum, non probatt usum fructum rerum a Principe donatorum filio, filiæve fami. Patri non quæri sed quo ad usum fructum et propiettatem ad filium filiamve perttinere, et tandem habere filium in illis bonis quod in quasi Castrensibus idque cum perceperitt Quesada. ubi S. nº 7. decipi non debuit ex §. 1. institutis per quas personas bene utrusque sexus et bene exceptis Castrensibus, nam verum est exceptionem de regula esse oporttere ut in L. quæsitum est 12. Col. 6. in fine. § denique ubi notatt Bar. ff. de fundo. instru. et tamen illa exceptio bonorum Castrensium ad illam partem regulæ expectatt, quæ expectare oporttett seu potest h. quæ de filio fam. masculo agitt, et referamus singula singulis, et hæc de Castrensi peculio. ~~

De peculio quasi Castrensi.

Vide Scripta ad L. cum multta J. hoc titulo nunc adventitio.

De peculio adventitio.

De hoc scribes usque ad L. cum multta J. bona adven-

titia, quæ commodioris doctrinæ gratia specialem peculij di-
finitionem constituunt, illa sane sunt, ut ex Justiniano col-
ligitur in principio hujus L. cum oportet; quæ neque a Patre
vel ejus substantia, neque in Castris, aut occasione militiæ ar-
mattæ vel togatæ filius adquisierit, sed quæ aliunde a varijs
personis aut sua industria, suove labore, aut secunda fortuna
aut a Matre vel Cognatis habuerit quorum bonorum pro-
pietas filij est, usus fructus autem Patri quæritur ex hac L.
et L. ultima §. eod. §. 1. institutis per quas personas L. 5. et 7.
tit. 17. p. 4 et sane usus fructus Patri relictus videtur in memo-
riam Pristini, et antiqui juris quo omnia ejus fiebant quæ
filius adquirerett ex L. 1. in principio ff. si a Parentte. q.is fuer.
manu. L. Patre furioso 8. in fi. ff. de his qui sunt sui
de qua regula in d. §. 1. et in d. L. placet de adqui. hered.
quæ propie in adventitijs admissa fuit, et hæc sane ratio
non obscure insinuatur a Justinian. in hic in principio, et
in principio sic etenim ex quibus illa antiqua regula
quæ generaliter et sine distinctione propietatis et usus-
fructus procedebatt, hodie intelligi debett quoad usum fruc-
tum, ut quid quid filius adquisierit Patris faciatt
quoad usum fructum a qua regula eximuntur bona
Castrensia de quibus iam diximus et quasi Castrensia

de quibus Sumus dicturi quorum usus fructus filij non Patris est, sed et hęc Regula quod attinet ad usus fructus adquisitionem Patri deferendam varijs modis extenditur, et cohęrietur ut videbis apud Pinell. in l. 1. S.a 1. 2. et 3. p. de bonis. ma. Mencha. lib. 2. de Successionum creatione §. 19. ex n.o 65. Asca de patria potestate effectu 2. et decem Cassus in quibus Regula fallit, congessit Acurs. in auth.a idem est, ubi vide scripta J. hoc titulo. ~ ~ ~

Ad tex. in auth.a excipitur.

Regula ergo in principio proposita ut bonorum adventitiorum usus fructus Patri per filium quęratur, cessat quoties Testator aut donator vult Rerum donarum, aut legatarum filio fami usum fructum non Patri quęri quod idem probat auth. ut liceat matri in principio Collatione 8. ubi Acurs. inter alios Cassus hunc etiam Retulit verbo Parentes, sicut in auth. idem est, J. et ad id hunc tex. dicit singularem Manti. Singu. 55. cuius meminit Asca. de patria potestate effectu 2. ex n.o 41. Col. 2. et pręter Bar. et alios hic est in auth. ut liceat matri notat Molina lib. 1. C. 19. n.o 30. Gutierrez in C. quamvis Pactum, versiculo nullum ad bona Paterna ex n.o 18. et post Xuarez in L. quum. in prioribus Limitatione 1. et alios statim Referendos observat Lausalan. de Tutor. et Cura. C. de usu fructu

mulieri relicto sub n.º 136. id autem quod hic dicitur in Parentibus, et in extraneis esse admittendum manifeste constat ex auth. item hereditas versiculo forsam J. qui versiculus annectendus est cum verbis finalibus hujus tex. ut variando probat Acurs. bene et utrobique Bar. et Salicet. et communiter DD. ut agnoscit Gomez in L. 48. Tauri. n.º 13. illud etiam admittendum est eandem hanc decisionem non minus ad contractus, quam ad ultimas voluntates esse extendendam ut probant illa verba, dederit aut relinqueritt et magis in d. Auth. ut liceat matri bene si testator aut donator, et bene quibus donata sunt, aut relicta, versiculo si vero, unde videbis parum considerate Acur. in d. L. 3. verbo alienum Col. ad finem, versiculo sed contra bene Solv.º C. de conditione ob causam aut pisse horum jurium decisionem in ultima tantum voluntate, quae sententia aperte falsa est, et merito a Bar. bene n.º 3. reprobatta.

Illud tamen advertte, quod nemo videtur considerare authoritate hujus constitutionis contra juris regulas esse introductum, ut testator, aut donator possit uti licentia aut filio fami. relinquere possit, quod suorum bonorum optaverit eaque conditione adiecta ut Patri usus fructus non quaeratur cum tamen verissimum esse existiment, ante hanc novellam constitutionem tale jus testatori

aut donatori non fuisse permissum, nec sane poterat homo privatus patriæ potestatis jura impedire Legisque provisionem, remorari argo. L. qui in pot. in principio de testa. bene quam vis Pater consentiat, et in principio inst. quibus non est permissum, et solet induci quamvis male regula nemo potest 51. de lega. 1. et quia usus fructus adquisitio patriæ potestatis effectus est, ut manifeste probat hæc lex, in principio cum ibi latius adductis et ad L. 1. §. diximus late quia filius fami. adquisitionem habet, inspecto jure antiquo, retinendi simul quæsitum, vis non habet ex toties repetita regula adquisitionis adjuncta L. placet de adquiren. hæredi. bene nec mom. adeo ut si maxime Pater consentiat retentioni nihilo magis eidem adquisitio fiat quoad retentionem cum invito etiam, et reluctanti Patri L. emolumentum deferat argo. L. etiam invictis 34. de adqui. rerum dominio. et inducitur L. Servus 62. de verborum, et intelliges rationem L. siquis pro eo §. 1. de fidei jusso. inde q. videbis qua ratione, qui filio fam. aliquid relinquere optabat, quod Patris non fieret, eam adducebat rationem si emancipatus filius, aut aliter sui juris factus esset quia et intelligere oportet eandem admittendam interpretationem in specie L. Cogi. 15. §. si Pater filio. L. Lucius. 78. §. qui habebat ad Trebell. inde etiam prudens illud

matris consilium pro filiis captum commendatur in l.
filijs matrem. C. de in officio testa. Simile in l. si mater
3. C. de institu. in l. ultima C. de dona. quæ sub m. l. si ita
esset 16. ff quando dies lega. cedat quod idem secutus fuerat
testator, ille in l. imperator 150 ff ad Trebi. ex quibus ut opinor
satis aperte demostratur non fuisse intestantium potestate
sive donatorum Patrem excludere a commodo, et emolu-
mento rerum filio fam. relictarum, sive donatarum
neque te moveat l. si usus fructus 14. versiculo si ita quis
ff. quando dies lega. ubi Acur. verbo repellendus quem
probat Bar. n. 2. docere videtur in illa specie Patrem ex
voluntate testatoris ab usufructu repelli, et sequitur Greg.
in l. 5. tit. 17. p. 4. verbo et usufructu. ad medium versiculo
cuius dictis adde et simpliciter illum tex. nostræ authen-
ticæ decisioni similem esse retulit Ascan. ubi S. n. 41.
quod sane ita accipi poterat, ut hodie potest, nobam hanc
constitutionem in specie illius tex. propter illa verba testa-
toris (ut ipsi solvatur) tacite induceretur, voluisse ita
filio ipsi fam. prospicere, ut Patri nullum emolumentum
quæreretur, sed totum esset solius filij quod non longe
potest; resolvemus: Cæterum si Acurs. putavit eo tem-
pore Patrem repelli ab emolumento legati propter illa
verba multum errat ex T. dictas neq. ille tex. quinq. urget. ~

Ottenim observandum est. in ea Specie tantum disputari an Patri solutio fieri possit Legati ipsi filio fam. relicti, neque aliud potterat moveri, quam quod sine dubio emolumentum illi tandem esset obventurum, et tamen quia testator dixit ipsi filio fam. solvatur, non parentur ejus voluntati si Patri fiat solutio, nam scitum est, (illud verbum (ipsi) meram inducere person alitatem filij, ut colligunt Aret. Zacius. et alij in L. 1. §. 1. bene per nos met ipsos et L. per eorum 44. ex quibus explicitis bene per nos met ipsos, an per alios ff. de adquiren. possessione. et est recepta et vulgati Acursi sententia in §. fuerat, verbo ipsa institutis de actionibus quam cum infinitis notat Tiraquel. lib. 2. de retractu. §. 1. gl. 6. n. 25. quare consequens est, in proposita Specie Patri solvendo, non satisfieri testantis voluntati; argo. L. qui heredi. 44. L. Mevivius ff. de condi. et demons. et quia sane prima adquisitionis ratio a persona filij metienda est argo. L. debitor 84. §. servo alieno ff. de Lega. 2. et deinde a filio transfertur in Patrem, nisi mavis dicere, ex illis verbis (ipsi filio fam. solvatur) aut pendam esse inter pretationem de qua in d. L. ubi pure aliter autem fieri non potest testatoris voluntate, ut ita filio fam. queratur ut Patris effugiat adquisitionem ex T. observatis, nisi ex T. observatis, nisi quod iam post nobam decissio-

nem hujus L. cum oportet proprietas filij sit, usus fructus autem Patri quæratur ex noviori Constitutione de qua in hac auth.ª excipitur et in d. auth. ut liceat matri, donator, aut testator poterit Patrem repellere ab usu fructus adquisitione, cuius ratio ut michi videtur, illa potest commendari, ne munificentia et liberalitas eorum retardetur, qui filijs fami. prospicere volunt fore propter Sanguinis, aut necessitudinis Conjunctionem, hac formidine adjecta, quod sciant liberalitatem utilitati et Compendio Patris Ceruram quem justo odio prosequuntur ut in Specie L. Codicillis 91. §. matre, et uxore de lega. ~

Ex qua nota nec parum apta ratione fit palam matrem non posse prepellere maritum, eundemque Patrem Communis filij ab usu fructu legitimæ eidem filio relicto, et idem intelligo de avo materno mortua filio, eademque matre ipsius filij ejusdemque nepotis siquidem eo casu non est cur formidinis ratio habeatur cum mater velit, nolit, teneatur filio legitimam, et hæreditatem relinquere maxime post S. C. Orphicianum et ex generali ratione L. nam et Parentibus ff. de in off.º testam. L. cum ratio de bon. damn. L. inscripto in fi. ff. Un.e lib. L. 1. in principio C. de impube. Lucra. descriptione lib. 10. et sunt jura aperta in C. Rainuntius de testa. et in C. Raynald. eod.

et communem Senttentiam Resoluit Clarus Recep. Sen
ttentiarum §. testam. q. 47. et probatt L. 6. Tauri, quæ hodie
extatt L. 1. tt. 8. lib. 5. Compil. sicque hac non perpensa
Ratione sed alijs adiutis in proposito docett Bar. hic
n. 1. quem sequuntur Fulgo. Paul. Salice. Corne. et alij
ett est tex. expressus, sinon Cauilettur in d. auth. ut liceat
in principio bene postquam Relinquerint filijs partem, quæ
Lege debettur, et in versiculo hoc, n. extraneis Relinquere poste-
rant et neminem Referens verius esse obiter Resoluit Pinell.
in L. 1. 1 p. n. 22. Col. 2. §. tt. 1. Loxzes in L. filius fam. §. diui
n. 27 de Lega. 1. et cum Suarez in L. qm in prioribus Limitat.
1. n. 10. Secure docett Caualc. de tut. et Cur. C. de usufructu
mulieri Relicto n. 236. et neruosse defendit Costa. in S.a
p. §. 1. n. 90. et cum Gomez in L. 48. Tauri n. 11. et alijs mul
tis communem Senttentiam Resoluit Gutierret in C. quam-
uis pactum verbo multum jus habens n. 20. licett in ex art.o
timide et difidentter nihil Resoluatt Moli. lib. 1. C. 19. n. 34.
et uacilett Gomez. Arias in L. 4. Tauri. n. 72. et quidem
immerito est n. verissima Sententia Resoluta S.a et nece
sario admittenda ex nostra Ratione et argumentis Relatis
licett Acurs. nullo juditio in d. auth. ut Liceat verbo parti
cipium contrarium doceatt cuius Senttentiam multi
sequuntur Relatti a Costa. Gutierrez et Molina ubi
s. et defendit Mencha. de Successionum creatione lib. 1. §. 10.

ex. n.º 234. pro quibus nihil urgett, L. filijs matrem 25.
C. de inoff.º nam licet mater possit consulere filijs illa
adiecta conditione, ne hereditas queratur illis adhuc
stantibus sub Patris potestate, illud tamen admissum est
quia videtur quedam temporalis exhereditatio bona m.te
facta, et in ipsorum filiorum favorem, que solet defen-
di ut in L. multi, non note ff. de liber. et Posthum. L.
si Patronus 12. § si quis non malam.te, ff. de boni. Liber.
ut sic intelligas L. 2. ad finem Col. 7. versiculo et si forte
ad Tertilianum, que sane conditio cum favorabilis sit
non odiosa filijs, non rejicitur a legitima, nec habet lo-
cum nova decisio. d. L. q.m in prioribus ut resoluit Alex.
in L. cum filio in fine. de Vulga Suarez s. n.º 2. inde ta-
men non sequitur matrem posse facere ut postquam
filij fuerint quesita legitima, ejus usus fructus, Patribus
sub cuius sunt potestate non queratur, quia esset impe-
dire effectum patrie potestatis, cessantibus decissione, et ratione
hujus Constitutionis sicque ille casus remanet in dispositio
ne regule communis s.m quam Pater usufructu privari
non potest alia circa inter pretationem d. L. filijs matrem.
preter Suarez observat Cuia. lib. 4. observationum c. 24. ~
Eaque ratione existimo errare quosdam ex is timentes
in specie L. 18. Tauri L. 2. tt.º 6. lib. 5. Compila. ubi mater,

vel avus possunt meliorare unum ex filijs, vel, nepotibus in 3. bonorum posse. Patrem repelli ab usufructu illius tertij ex voluntate matris, vel avi quod sane in neptissimum est, aut saltem erroneum cum licet inter alios fratres seu filios fieri possit illa melioratio; tamen cum ea non facta necessario teneatur avus, vel mater ꝑ qualiter omnes filios vel nepotes instituere ex necessitate juris nec possit illud tertium bonorum alijs quam liberis relinquere in quorum persona usus fructus adquisitionem. Pater habet consequens est, habere locum decisionem d. auth. ut liceat, et rationem a nobis ponderatam et alia argumenta.

Intex. verbo: hac conditione adiecta.

Intellige non tantum si expresse, verum etiam si tacite donator, aut testator credatur velle usum fructum filij fami. esse, et Patri non adquiri nam si de voluntate testatoris aut donantis etiam tacite et in consequens deducatur non minus intelligitur apparere de eius expressa m.te, et volun.e arg. l. ijs solis 7. versiculo actionem bene satis etiam tacite cautum esse puttamus C. de revocan. dona. l. Gallus. §. 1. bene qui ex verbis concipi potest quorum jurium arg. probatum est, et in proposita inducis multa, quae observat Mantica. lib. de conjecturis tit. 5. ubi multa afert ex quibus usus fructus datus aut delegatus videtur atque sane erunt,

hic de usufruct. primogenij. de quo. s. in princip. l.

exempla in proposito si donator, aut Testator dicat dare
aut relinquere filio fam. fundum ut ex ejus fructibus
posit ali, et litterarum prosequi studia librosque emere
vel ut tale aliquid faciat, sive ut ex fructibus augeatur
res Legata aut donata, aut si aliter ex expresione Causæ
finalis aut rationis legend. deducatur Patris repulsio arg.o
L. dum prætor, 12. cum alijs de judicijs et L. si inter me 15,
versiculo nam ex ipso ff. de exceptione rei judicatæ, si nem-
pe dicat ut usus fructus sit ipsius filij licet non dicat
quod non sit Patris et in proposito etiam erit non mal-
um exemplum deductum ex L. libertis 4. versiculo
et ideo si quid superflum ff. de aliment. et Cib. ex quo
tex. licet Corruptæ eum citet, non nulla in praxi utilia
infert Petrus de Salazar lib. de usu, et Consuetudine C. 1.
sub n.o 26. licet ex Casu defendi posset id quod superest
ex usu fructu destinato ad aliquod opus Patri esse defe-
rendum ex his quæ tradit Bal. in L. si quis ita ff. de
usu fructu cuius cum Angelo. et alijs meminit Mantica.
ubi s. n.o 2. et d. L. Libertis non multum urget Contra
Patrem quia procedit respectu hæredis et quo Casu pro-
pietas et usus fructus libertis relinquitur, et ita nullo
jure potuit admitti hæres. at in nostro Casu Pater admi-
titur jure potestatis, et ex regula ordinaria de qua in
principio L. cum oportet et L. ultima j. Denique an in

hoc Casu hujus auth. si non usus fructus saltem commodittas ipsius Patris fiat, et amborum administratio competat scribes ad gl. auth. idem est 7.

Ad authenticam item hereditatis

Hujus tex. Lectio non satis constatt, nam in antiquioribus Codicibus inscipitt item hereditas, preterea etiam et illa verba (vel forsam aliunde) adicititia sunt et ab aliquo in doctto homine afixa, et que plane non inveniuntur in auth. de heredibus ab intestato venientibus §. si igitur in 1. versiculo si vero Collatione 9. a quo tex. iste desumptus est, hincque occasio orta est, ut Acur. hic mire fluctuet modo, ad propiettatem modo etiam ad usum fructum referens: sed melius est de usu fructu intelligere, ut hereditatis fratterne Patri concurrenti in successione filij, ejusdemque fratris superstitis non queratur, ut manifestto comprobabis ex d. versiculo si vero, et hec est communis sententia, et verissima ut sic intelligas hanc decisionem locum habere potuisse in specie auth. defuncto. C. ad Tertilianum atque ratio hujus decisionis videtur a simili deducta ex principio Legis cum oportet que ad modum, n̄, in compensationem juris propiettatis amisse Patri usus fructus concessus est ut observabimus in principio hujus C. sic in proposito filio eidemque fratri defuncti reserva-

tur usus fructus portionis sibi debitæ quia tempus fuit in quo frater fratri succedebat ex pulso Patre Communi L. ultima C. Communia de Successionum L. quæcumque 4. §. hoc titulo ante nobellam constitutionem d. auth. de hered. ab intesta. sicque in compensationem pristinæ atque amissæ Successionis usus fructus relinqui filio videtur in ea parte, ut docte considerat fulgosius hic notat Aymon Consilio 37. n. 5. lib. 5. licet alias rationes adferat Roland. a Valle Consilio 95. ex n. 48. lib. 1. latissime Reminald. in §. 1. ex n. 111. per quas personas insti. quæ planissima ratio plane cogit afirmare hujus tex. decissionem locum habere non posse, quando Pater, et filij simul hæredes instituti fuerint ab aliquo extraneo, quia tunc non est cur filij juris quod nullum est, ratio sit habenda, quia procul dubio usus fructus portionis, quæ filio competit, Patris fiet ex generali regula §. tex. cum oportet in principio, qui in hoc casu non est correctus, nec talem fallentiam admitit sicque hic docuerunt Jacob. de Aren. Cyn. Fauer. Alver. Ange. Fulgo. et Corne. et verissimam sententiam dicit Paris. Consilio 129. n. 9. lib. 1. ubi alia considerat sicut et Reminald. ubi §. et magis receptam testatur et probat Gomez in L. 47. Tauri. n. 12. Aymon. d. Cons. 37. n. 5. = Neque te moveat Acursius hic contrariam sen

sentiam defendens, et Patrem excludens ab usu fructu et sequuntur Paul. et Salicetus, et probat Boer. Decissione 183. n.º 15. 16. Veroy. in C. Raynuntius. n.º 14. de testam. qui non debuerunt moveri ex authoritate hujus tex. bene vel forsam aliunde nam, ut S. observasti, hæc verba supposititia sunt, et timide et difidenter a compilatore addita quod etiam agnoscunt Bobrius ubi S. et potius esse conjungenda cum auth.ª excipitur, bene probasti et satis consentit Bar. hic et probant faver. et alij. ~~~

Ex quibus tu adducere debes quod cum jure nostro filius fami. sive emancipatus tantum possint legare tertiam bonorum partem ex L. 6. Tauri lib. tt.º 8. lib. 5. compila. cum aliæ duæ partes sint Patris ex testamento, et omnes ab intestato quod si frater, idemque filius instituat hæredem Communem Patrem in ducibus fratrem autem germanum in reliqua bonorum parte, habebit Pater in ea usum fructum, quem forsam antea non habebat vel quia bona erant Castrensia aut quasi, sive adventitia tamen quæ pleno jure filij erant, qui frater eod. jure regio non currit in Successione fratris cum Patre Communi sed potius ex a Patre L. 7. Tauri. L. 4. tt.º 8. lib 5. comp. hicque frater tunc ex testamento succedit tanquam extraneus cum illam tertiam partem bonorum posset frater libere, cui vellet relinquere ex dictis

Ll.

supra. 6. et 1. sic antiquatta Regula hujus tex. et §. 1. f. et auth. de heredibus ab intestatto uenientibus §. si igitur Collatione. 9. Auth. defuncto C. ad Tertilianum: notatt in proposito Antton. Gomez in d. L. 48. Tauri. n. 10. et generaliter J. Matienzo. ad L. 4. gl. 2. tt. 8. lib. 5. comp. latte Roxas de Success. C. 29. ex n. 4. ~~

Secundo etiam et notanter Colliges in illa 3.a parte fratri a fatre Relicta, et in qua Pater non habebatt usum fructum posse fratrem testatorem Repellere ab usu fructu Patrem Communem, sic acceptta decissione d. authenticę excipiatur S. adjunctis bene traditis, et ultimis verbis hujus tex. bene vel forsam aliunde si Retinenda esse magis placett et quia procedit Ratio à nobis perpensa in d. auth. excipitur quia possett istte fratter extraneo dare, aut Relinquere illam 3.am bonorum partem ex d. L. L. Regijs et sic dubio procul habett locum decissio authen. utt liceatt matri, et avię in principio versiculo (hoc n, ett extraneis Relinquere poterant) quę observabis, nam non memini apud aliquem legisse, et sunt verissima et in praxi utilia, et admodum frequentia et addenda scriptis ad d. Auth. excipitur. ~~

Ad auth.am idem est.

Ecce alios hic excipitur Casus in quo filius efugit Patris adquisitionem quoad usum fructum, quando nempe

bona Patris aplicantur filio propter Repudium missum sine justa Causa, uxori matrique istius filij Communis quę decisio desumpta est ex loco in scriptione indicato adjectis observatis ab Accursio hic in principio a quo licet non multum ex ejus Sententia extendendam esse decisionem hujus tex. ad quoscumque Causas in quibus propter delictum Patris ejus bona filijs aplicantur observarunt Ang. et Paul. n. 6. quibus subscripsit Corne. § et nos iam sumus experti in opulento maioratu, qui propter homicidium proditorię perpetratum a Patre filio primo genito delatus fuit x.a L. 10. tt.o 27. lib 8. Compi. etenim re jam judicata et maioratu filio delato ex judicis Sententia x.a d. L. Regiam. Pater, qui, ut pęnam deprecaretur, fuga sibi consulverat postea criminis Remissionem a consanguineis a Principe autem abolitionem impetrare potuit, Repulsus fuit ab usu fructus petitione bonorum maioratus, et aliorum ex Relata Angeli Sententia, quam etiam probat Rimin. in §. 1. n. 121. inst.a per quas personas sed si verum fatendum est, illa Sententia Angeli non satis potest probari ex hoc tex. qui cum Corrigat et aborrigat jus patris in hoc Casu Speciali Contra Regulam L. cum oportet T. non videtur facile, et temere posse extendi ad alios Casus quantumvis ejusdem rationis arg.o L. jus Singulare. L. quod vero Contra

ff. de LL. L. quod constitutum 21. bene quoad verba ejus
atinet ff. de milit. testam. et ex recepta traditione Acurs.
in auth. quas actiones C. de Sacro Sanctis Eccl. et sane
Angeli opinio generaliter accipi posset, quando Patri
auferuntur, et deferuntur filijs, in odium Patris, et
fauorem liberorum forsam propter delictum commis-
sum contra filios, arg.° L. imperator 50. ff. ad trebilia.
quę distinctio obseruanda uidetur; quare verendum est, ne
incaute quidam docuerent, idem esse admitendum
in auth. bona damnatorum specie C. de bonis proscrip-
tis. Auth. ut nulli Iudicum §. ultimo Collectione 9.
L. 15. tt.° 31. p. 7. L. si deportatus L. ultima C. de pęnis
qui etiam aduertere debuerent illa jura uix locum ha-
bere posse propter L. 4. Tauri. hodie L. 3. tt.° 4. lib. 5. Compila.
ex quibus damnatio ad mortem naturalem, sive Civilem
bona non auferuntur, ut deferantur filijs quod ex eo mani-
feste patet quia permititur Patri libera testandi facul-
tas de illis bonis quę fisco non aplicantur arg.° de alijs qui-
bus cumque L. accipienda est, et sic de illis quę filijs erant
aplicanda authoritate Constitutionis d. auth. bona, et alia-
rum similium sicque magis probat Grego. in L. 5. licet
nihil resoluat in L. 15. tt.° 31. p. 7. optime Tellus fernandez
in d. L. 4. Tauri n.° 17. 180. Matienzo ad d. L. 3. Compi. gl. 6.

n.3. et gl. ultima qua in re laudandum est, ingenium domini Cova, qui cum in priori editione contrarium docuisset postea modeste reprehensus sententiam mutavit, ut ipse fatetur in posteriori 1. editione ad rubri. de testamentis 3. p. sub numero 170. Col. 3. versiculo premissa tamen licet nemo eorum adventatt ad d. l. 10. que fuit l. 12. tt.o 13. lib. 8. antiqui ordina. que cum specialem decissionem habeat, admitenda etiam erit extante decissione d. l. 4. si iam ex sententia judicis bona filijs essent aplicanda in qua specie adhuc accipi posset decissio d. auth. bona damnatorum et legum similium, quarum s. mentionem facimus precipue recepta nostra distinctione de qua s. quam non desperamus juxtor rerum estimatores probaturos.~

Unde iam plane intelliges periculosam et parum humanam esse Bald. sententiam in d. auth. bona damnatorum n. 4. et in C. 1. §. si hominem de pace tenda, et ejus volat. in feud. quam bene probarunt Cardina. Alexandri. et alij quorum meminit Bartho. Socinus Consilio. 224. sub Col. 3. lib. 3. et alij relati a Tiraquello lib. 1. de retractu. §. 1. gl. 9. n. 70. existimatt enim Bald. in specie hujus tex. et d. auth. et similium in quibus bona Patris filijs deferuntur propter delictum non tantum usumfructum verum neque alimenta a filijs Patri etiam Pauperi, et egestate presso non deberi cui preter supra dictos subscripsit Suarez in l. qm in prioribus in declaratione ad l. Regeam

limitatione 10. sub n. 4. Colla. 2. Pala. Rubeus. ad Rubricam de donatio inter §. 64. n. 13. et ad C. per uestras §. 19. n. 3. etenim dicendum est, falsam esse Baldi opinationem quia nullo colore neque pie poterunt filij Parentibus egentibus alimentta denegare ad quorum prestationem tenetur ex quadam naturali miseratione, et equitate, nam quamuis non debeantur hoc casu a filijs ratione bonorum, saltem debebuntur ex ea paterne reverentie et tanquam a filijs ex tex. ad quem aduertere Bal. de buter. in d. L. imperator et ex tex egregio in auth. deceptis nuptijs in principio versiculo si vero contigerit bene Pater, n. est, Collet. 2. que comprobabis ex late traditis ad Antonio de Lara in L. quis a liberis §. si quis ex his ex n. 47. et §. et si impubes. ex n. 8. ff. de lib. agnoscen. Gomez in L. 9 Tauri n. 46. et in proposito Contra Bal. videbis in constantem Palat. Rubi. in L. 4. Tauri. n. 13. ubi late Castillo gl. verbo el Padre. ~ ~ ~ ~

Ad gl. verbo idem est vers.º; item si Pater bene, sed Certo.

Insignis et memorabilis est, dum docet Patrem Religionem ingressum non amittere usum fructum quem habebat in bonijs filij sed potius transferre ad monasterium per tempus Patris vite Monachi facti, quia hec est regula constituta, ut usus fructus, qui semel Patri

quæ situs fuit ratione patriæ potestatis non finiatur per
tem pus vitæ ex L. 1. bene in diem vitæ C. de bonis mater.
L. 3. in fi. L. quæcumque 4. §. hoc titulo L. ultima, C. ad
Tertilianum et resolvimus latte ad L. 2. scholio fi. §. hoc
titulo, et ead. sententiam quam hic docet Acurs. tenue-
rat idem in auth. ingressi. C. de Sacro Sanctis Eccles
verbo de dicant. versiculo item quid si ingressum, vel libel-
lum, vel usus fructus ubi docet Bar. 1. et 2a. lectione n. 42.
et alij multi cum quibus communem sententiam resolvit
Alexan. in rubrica de adquirenda. hæredi. n. 19. et probant
Bal. Paul. Fulgo. et Corne. hic Suarez in allegatione 20.
n. 20. et infinitos refert Bornin. de tutor. et Cur. C. 9. et de
usufructu mulieri relicto n. 241. et magis æquam testa-
tur Boer. decisione 61. n. 13. licet nihil resolvat decisione
179. quibus non relatis cum Decio, Croto, Gomez recep-
tiorem testatur Pinell. in L. 1. 1. p. n. 47. et 49. §. de bonis
mattern. et receptissimam, et verissimam profitetur
Matienzo ad L. 9. gl. 2. n. 3. tt. 1. lib. 5. compi. novissime
Matienzo lib 11. de conjecturis tt. 19. n. 18. ~~

Cæterum ego contrariam sententiam veriorem et non
minus receptam existimo docentium usufructuario
religionem professo statim et ipso jure ad filium, sive pro
pietarium pertinere, quæ sententia authorem habet Mar-
tinum quam post Cynum et alios antiquiores receptam
agnoscit Salicet. hic et in d. auth. ingressi n. 7. et 9.

est post Panormitanum et alios in C. in presentia de proba. veriorem dicit Molineus bene ad Decium n. 66. ubi multa afert fundamenta, et preter relatos a Pinillo et Matierozo ubi S. receptam et veram testatur Coua in C. 2. n. 8. de testamentis. Ascanius de Patria Potestate effectu 2. n. 41. limitatione 6. et licet nihil resoluat, magis videtur inclinare Petaes de maioratu 2. p. q. 3. sub n. 14. et in praxi non est recedendum ab hac sententia admonet Grego. Lopes in L. 5. verbo usu fructu tit. 17. p. 1. pro qua sententia, que verissima est, omissis aliorum fundamentis et regula. L. Deo nobis C. de episco. et Cleri. ubi religionem ingressus pro mortuo habetur et noba alia ratione perpensa a Molineo S. citato, qui non meminit contrarium docuisse cum gl. hic ad consuetudinem Parisien. §. 41. n. 82. nam fateor omnia illorum fundamenta leuiora esse quam ut quamquam debeat mouere: considero tamen per ingressum, et professionem religionis Monachum factum amittere. dominium et possessionem bonorum, que habebat tempore ingressus ex d. auth. ingressi bene se. et sua et bene ut potte nec domini rerum C. de sacrosanctis Eccl. et in auth. de Monach. §. illud quoque Coll. 1. C. 2. in principio et versiculo, qui vero de statu monachorum L. ultima tit. 21. p. 1. L. 17. tit. 1. p. 6. et multa que in proposito possunt considerari deduces ex Menochio lib. 2. de arbitra. Centu. 5. Casu. 436. quinimo

esset contra Substantiam voti emissi in professione aliquid bonorum retinere ex communi Theologorum Sententia quam probat D. Thom. 22.ae q. 186. art. 4. igitur amittit omnia temporalia, quae habebat ante ingressum Religionis, et in consequens illud jus utendi, et fruendi, aliter enim non omnia bona in monasterium transferret, cum aliquid penes eum remanerent, quod dici non potest; praeterea si Monachus amissit usum fructum, quia transtulit illud jus utendi in monasterium, consequens est necessario Consolidari cum proprietate, quia ut transfert in Monasterium, et ex substantia prius ipse amissit, et ideo habebit locum regula §. finitu. institutis de usu fructu. ex quibus docemur toties usum fructum revertti ad proprietatem quoties usufructuarius amissit; item et repugnat ejus naturae ut transferatur de persona, in personam, ut omnes resolvunt in L. ultima C. de usu fructu; neque huic argo. adhuc video satisfactum namque quod quidam tradunt per ingressum Religionis non amitti jura sanguinis, nec jus subtilissimum Sui Tatis qui debuissent citare Molin. lib. 1. de primog. en. C. 13. ex n. 71. nihil te debet movere nam ille qualitates non pertinent ad bona, et sic non procedit regula d. auth. ingressi, nec possunt considerari interim dum aliqua haereditas non deferatur, ut recte considerat Cova. C. 1. de testa. n. 20. et 21. et casu event.te Monacho quidam fit delatio et ejus persona monasterio extra. sic intelligendo in d. L. Deo nobis 42. fin.

§. 1. in fi. C. de Epis. et Clerc. tamen ea Res non facit
ut dicamus penes Monachum, Religionemque ingressum
jus aliquod manere, quod non fuerit in Monasterium
translatum. = Item et praeterea pro hac, quam defendi
mus, Sententia; tu Considera notum et eficax augmen
tum si observes olim usum fructum extingui arrogatio-
nem ex L. 3. quem ad modum usus fructus. amitta. ad-
uinto §. minima insti. de Capt. minut.e et probatt expresse
tex. in principio institutis de adquisitione per arrogationem
cuius Sane Rei illa Ratio commendatur, quod per arro-
gattionem, ille qui antte erat sui Juris efficiatur filius
fami. ex L. 1. bene arrogamus et ttoto tto. ff. de adoptio
adjuncto principio insti. eod. et tacito jureque quid
bonorum habebatt antte arrogationem fuinti arroga
ttores in cuius familiam is qui se datt in arrogatio-
nem transfertt cum Capitte omnes fortunas suas L. si
Patter 15. in principio ff. de adoptio. L. qui ex liberis 11.
§. testamenttum in principio bene cum Capitte fortunas
ff. de sm tab. et tam Res corporales, quam incorporales
ex d. principio de adquisitione per arrogationem, sic ad-
missa Regula L. 4.a in principio ff. si aparen. quis fuerit
manu. miss. quare Consequens erat, ut usus fructus etiam
transferretur quia Repugnabatt filium fami. proprium
aliquid habere, quod pleno jure Patris non fuerit ex
cep-

tis Castrensibus, ut observasti T. C. de Castrense peculio
at usus fructus sua natura repugnante non potest trans-
ferri de persona in personam ex §. finitur in est.a de
usu fructu L. corruptionem in fine. C. eod. sicque neces-
sario extinguebatur per arrogationem nam quia effici-
ebatur usufructuarius filius fam. non poterat retinere
et quia non poterat transferri in illam personam
non fiebat arrogatoris ex §. dictis ad eundem ergo
per omnia modum dicere poteris in proposito quia
per ingressum religionis usufructuarius fit alterius
juris; item et transfert omnia sua bona et non potes
ideo retinere usum fructum, et multo minus transferre
in monasterium ratione praedicta, et sic necessario
consolidabitur cum proprietate cum non possit rema-
nere penes usum fructuarium neque transferri in
aliam personam et tunc facile erit satisfacere arg.o
prioris sententiae quam hic defendit Accursius, nam
verum est usum fructum durare in persona usufructu-
arij, si certum tempus non sit constitutum usque
in diem mortis; potest tamen accidere aliquid usu-
fructuario, quod impediat ejus durationem, ut in
d. §. finitur et in d. L. corruptionem et toto tit.o ff.
quem admodum usufruc. amitt. quale alicui reli

gionem ingresso contingere dubitari non potest ex S.
a nobis observatis, atque cum hoc in quocumque
usufructu sit recipiendum, in usufructu autem rerum
maioratus magis erit probandum propter testatio-
num voluntates, et quia longe verius est, possessore ma-
ioratus religionem ingresso fieri locum successori vo-
cato in institutione, neque esse expectandam mortem
naturalem Monachi facti, nam cum ex vulgaribus
Clausulis expresse sit prohibita alienatio duplex re-
sultat fideicomissum, unum in Casum mortis,
alterum in Casum alienationis rerum maioratus
et propter ea possessore decedente aut bona maioratus
alienante admititur successor, et sequens in gradu
ex tex. optimo sic intelligendo in L. cum Pater 79.
§. Libertis de lega. 2. et enim preter quam quod pro-
hibitio magis videtur facta in rem ne possit alie-
nari, quam in personam ne alienet et auth. res que
C. commu. de lega. creditur testator voluisse eo Casu
prospicere successoribus et conservationi familie no-
minis memorie, et agnationis tam in unum, quam
in alterum Casum, quod secus esset fideicommissum
conceptum in Casum mortis gravatur, que ideo expec-
tanda est, ut sic intelligas tex. et aliorsum ab alijs

perperam intellectum in L. L. petto 70. §. prædium de lega. 2. L. Statuis florus, §. Cornelio felici de jure fisci: item et intelliges tex. qui pro nobis facit non leve argum. in L. Rogo 21. versiculo quod eo pertinet, ut Civibus alienasset. L. quidam 10. ff. de fidei comiss. lib. unde ingressus religionem propter quam præter quam mortuus est, quod attinet ad voluntatis testatoris et in primogenitum dattoris, et sic conditio extitisse intelligatur, perinde ac si mortuus esset ex tex. si non cavilletur ind. L. de nobis in principio versiculo ultimo L. 29. tt.o 7. p. 1. bene esto es porque es muerto quanto al mundo: obligari non potest saltem per ingressum religionis Cassum. 2. fidei comiss. venisse, nempe alienationes, nam per ingressum dominium rerum fuit translatum in monasterium, et sic alienatio contingit ex d. auth.o ingressi, quia nulla maior alienatio considerari potest, quam quando dominium transfertur ex regula L. 1.a C. de fundo. dota. L. fi. C. de rebus. alien. quibus adde Pinell. in L. 2. 2. p. C. 1. n.o 14. C. de rescindenda, et novissime Sarmient. lib. 6. Selectarum C. 7. ~ ~ ~

Nec te moveat si dicat aliquis hanc alienationem, quæ fit per ingressum induci ex necessitate et dispositione legis, et in consequens non esse prohibitam

argum. d. L. petto. §. prædium L. filius fami. III. § divi in 2. de lega. 1. quia ego alienationem necessariam inter prætor in specie d. Jurium, quæ ex causa testatoris pendet ex tex. memorando in L. cum fidei, 9. ff. de fidei com. liber. item et pro iusio testatoris facit cessare legis dispositionem ex L. ultima C. de pactis convenit contra quam Monachus non potuit transferre bona maioratus in monasterium. ~~

Deinde que pro nobis facit, quod frequenter in maioratus institutione aponantur Clausulæ vulgares, ut possessor ferat nomen, et arma testatoris, quæ in monasterium, et Monachum cadere ratio et religio non paciuntur et quia primogenia instituntur (quod omnibus commune est) in honorem et conservationem nobilitatis, et ut possessor referat, et repræsentet personam fundatoris, et ut cognatis, et illis qui sunt de illa familia prospici possent ex L. 7. tit. 7. Lib. compila. atque hæc solida sunt, et vera fundamenta, quæ si recte considerassent. Lodovi. Molin. lib. 1. de primoge. C. 13. ex n. 81. et Pealez lib. de maioratu 2. p. q. 3. versiculo 3us Casus ex n. 11. non ita difidenter eam quam magis probant sententiam abstruxissent nempe Monachum non esse admittendum ad possessionem maioratus sin quam judicatum refert Molina ubi S. n. 94. licet litem sub judice

esse dicatt pro quibus etiam facit, et pro nostra priori Sen
tentia, quod pensio vacatt, per Religionis ingressum ut resoluit
Gigans tt. de pensionibus q. 57. et consilio 23. n. 7. et resol-
uitt Medices lib. mors Communia soluit 2 p. Conclusione 77.
Ultimo et pro nobis etiam facit, quod Patre Religionem
ingresso per professionem possunt filij non expectata
morte naturali legittimam extorquere ut arg.o auth.
si qua mulier in fine C de Sacro sanct. Eccle. magis
probare videtur Acurs. bene verbo moriatur ubi se-
quitur Bald. licet ille tex. non multum urgeat, ut
adverttit Claud. tt.us de legittima art. 8. n. 18. solett au-
tem Cittari tex. in C. cum Simus, ubi expenditt Panor.
de Regu. et est vulgatta gl. in C. transmisse verbo ques-
tio motta bene quia erant facti Monachi, qui. fi. sint
legitti. ubi etiam notatt Panor. veriorem Sententiam
recepttamque dicit Coua. in C. 2. n. 5. ett 7. de testam.
et magis recepttam testatur Mincha. de successionum
creatione §. 20. n. 284. Fabian. de m.te in auth.a nouissi-
ma. C. de in off.o testa. n. 80. ubi nouissime defenditt M.
